

D. Jo. Frid. Blumenbachii prof. medic. ordin. Societ. Reg. Scientiar. Gotting. aliarumque membr. Institutiones physiologicae accedunt tabulae aeneae / [Johann Friedrich Blumenbach].

Contributors

Blumenbach, Johann Friedrich, 1752-1840.

Publication/Creation

Gottingae : Apud Jo. Christ. Dieterich, 1787.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/bb5vxees>

License and attribution


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>







14147/B

**INSTITUTIONES
PHYSILOGICAE.**

История

Библиотека

D. JO. FRID. BLVMENBACHII

PROF. MEDIC. ORDIN.

SOCIET. REG. SCIENTIAR. GOTTING.

ALIARVMQVE MEMBR.

INSTITUTIONES
PHYSIOLOGICAE

ACCEDEDUNT TABVLAE AENRAE.

GOTTINGAE

APVD Jo. CHRIST. DIETERICH.

MDCCLXXXVII.

Dr. E. L. T. C. M.



V I R O I L L V S T R I

S V I Q V E A M A N T I S S I M O

P E T R O C A M P E R

PROFESSORI MEDICINAE HONORARIO

ACAD. REG. SCIENTIAR. PARISINAE

SOCIETAT REG. SCIENTIAR. GOTTINGENSIS

ALIARVMQVE ACADEMIAR. ET SOCIETATVM

M E M B R O

D E D I S C I P L I N A M E D I C A M E R I T I S S I M O

I N S T I T U T I O N E S H A S C E

D. D.

A V C T O R.

1月7号

晴天

新竹市立圖書館

P R A E F A T I O.

Quae quondam Boerhaavium,
posteaque Hallerum, ad edenda
compendia physiologiae compulerunt ra-
tiones, iisdem et auctor harum institu-
tionum, vt eas conscribendi consilium
fusci peret, se permotum fatetur.

Ille enim *): „propriorum cogitato-
rum explicatione docentem plus proficere,
quam si opus ab alio conscriptum interpretari
fuscipt —, clariorem fere doctrinam, atque
animatam plerumque sequi orationem,, & f. p.

)C 4

Iste

*) Praef. ad *institut. medic.* ed. Leydens.
quarta. 1727. 8.

Iste vero *): „*et si antea Boerhaavia libro ad ordinandas praelectiones usus fuerit, proprias tamen postea in paginas dicere incepisse, quod ab istius inde temporibus anatome ita locupletata sit ut a se ipsa plurimum differat*, &c.

Quae tum temporis de anatome Halerus, ea hodieque multo magis de ipsa physiologia valere neminem infitias iturum speramus, qui vel ea huius disciplinae grauissima capita cogitauerit, quae de respirationis usu primario deque calore animali agunt, tum de digestione, de bilis genuina indole et functione, de generationis negotio, et quae sunt eiusmodi alia.

Minus

*) Praef. ad *prim. lin. physiol.* ed. Gotting.
prim. 1747. 8.

Minus ergo auctori quam aeuo quod
viuit tribuenda sunt, quae post tot nu-
pera physiologiae incrementa rectius et
propius ad naturae veritatem in hisce
institutionibus tradidit, quam meritissimis
suis antecessoribus tradere licuit.

Quae tamen etiam ex propria penu-
passim suppeditare ille studuit, siue no-
viter siue aliter ac hactenus factum est,
obseruata aut explicata, lectores docti
et aequi ipsi facile intelligent: praefer-
tim ex notis, quibus subinde subtilius
paulo quam in succinto textus tramite
licuit, de nonnullis id genus argumen-
tis disputauit.

Non minimam quoque operam in
ordine et iunctura totius opellae locauit,

ut nempe capita naturali vinculo et cum quadam facilitate se exciperent, aliud ex alio quasi fluere videretur &c.

Librorum non sterilem citauit farraginem, sed selectum, in quo quidem habendo duplicem feruauit rationem: primo enim tironum in gratiam auctores principes indicauit, aut qui singularia physiologiae capita studiosius et ex professo pertractarunt: tum vero et passim minus tritos fontes excitauit, nondum, ut ipsi visum erat, in physiologiae studio hactenus pro dignitate frequentatos, ut itinerum auctores, physicos & s. p.

Icones partium melioris notae annotauit, et ex his quidem omnium frequentissime

quentissime Eustachianas, quod AL-
binianam earum editionem, vt ditissi-
mum et magnopere perfectum in eo ge-
nere opus s. thesaurum potius nunquam
fatis commendandum, in medicorum iu-
venum omnium ac singulorum manibus
esse merito optet.

Aliquas vero ipsi huic libro addidit
figuras proprias, eiusmodi partium qua-
rum aut plane nullae aut non tales inter
Eustachianas habentur.

Summus denique in vniuersum et
vltimus ipsi fuit finis, vt fida et succincta
et captu facilia traderet disciplinae initia,
qua vti non iucundior ita vix grauior
et vtilior altera in vniuerso medicinae
ambitu

Unable to display this page

Iis quae pag. 449. de aenigmatice istius *vesiculae umbilicalis* in ouulis humanis tenerioribus reperiundae constantia dicta sunt, addere liceat duplex monitum. vix nempe aliter quam in *recentissimo* abortu tenuerrimam et corruptioni facillime obnoxiam eam particulam obseruabilem, tum autem tam exiguam subinde esse eius paruitatem, et vasculi quo *umbilicali* necatur funi tenuitatem, ut curatissima tunc indagine et cauta *encheiresi* armatoque opus sit oculo ad eandem eruendam: id quod ipsis hisce diebus comperi, cum ouulum abortuum elegantissimum, vix columbinum ouum mole aequans aperirem, et tenerimum embryonem formicae circ. magnitudine ei inherentein deprehenderem, in cuius vero ouuli interiore ambitu primo quidem intuitu nullum *umbilicalis vesiculae* vestigium conspicere poteram. Curatius vero inquirens et amnion paulisper a chorio separans, utique eandem inter utramque istam membranam inueni, perexiguam quidem ita ut vix sinapis semen magnitudine superaret, sed nihilominus luculentissimam, lympha sua plenam filoque tunc facile dignoscendo cum breui et crasso funiculo *umbilicali* a latere iunctam.

SYNOPSIS

S Y N O P S I S
S E C T I O N V M.

- I. de corpore humano viuo in vniuersum. 1
- II. de humoribus corporis humani in vniuersum et de sanguine in specie. 4
- III. de solidis corporis humani in vniuersum, speciatim vero de tela cellulosa. 19
- IV. de viribus vitalibus in vniuersum, speciatim vero de contractilitate. 31
- V. de sanitate et natura humana. 39
- VI. de sanguinis motu in vniuersum. 47
- VII. de arteriis. 53
- VIII. de venis sanguiferis. 61
- IX. de corde. 65
- X. de viribus sanguinem pellentibus. 85
- XI. de respiratione eiusque usu primo. 100
- XII. de voce et loquela. 118
- XIII.

- XIII. de calore animali. 129
XIV. de perspiratione cutanea. 138
XV. de sensorio et neruis. 156
XVI. de functionibus systematis neruosi
in vniuersum. 173
XVII. de sensibus externis in vniuersum,
speciatim vero de tactu. 181
XVIII. de gustu. 187
XIX. de olfactu. 191
XX. de auditu. 198
XXI. de visu. 204
XXII. de sensibus internis, aliisque ani-
mae facultatibus. 223
XXIII. de iis corporis actionibus quae vo-
luntatis arbitrio sunt obnoxiae. 230
XXIV. de motu musculari. 237
XXV. de somno. 254
XXVI. de victu eiusque appetentia. 261
XXVII. de masticatione et deglutitione. 269
XXVIII. de digestione. 279
XXIX. de succo pancreatico. 289
XXX. de bile. 294
XXXI. de lienis functione. 309
XXXII. de omenti functione. 315

XXXIII.

XVI SYNOPI S SECTIONVM.

- XXXIII. de functione intestinorum. 320
XXXIV. de functione systematis vasorum
absorbentium. 334
XXXV. de sanguificatione. 350
XXXVI. de nutritione. 355
XXXVII. de secrezione. 363
XXXVIII. de vrina. 374
XXXIX. de sexuum discrimine in vni-
versum. 383
XL. de functione genitali sexus virilis. 388
XLI. de functione genitali sexus sequioris
in vniuersum. 410
XLII. de menstruis. 421
XLIII. de lacte. 427
XLIV. de conceptione et grauiditate. 436
XLV. de nisu formatiuo. 460
XLVI. de partu eiusque sequelis. 471
XLVII. de hominis nati et nascendi diffe-
rentiis. 479
XLVIII. de incremento, statu et decre-
mento hominis. 490
-

SECTIO

SECTIO I.
DE
CORPORE HVMANO VIVO
IN VNIVERSVM.

§. I.

Tria sunt, quae in corpore humano viuo, cuius functiones ad physiologicam disciplinam pertinent, consideranda veniunt *):

folida

*) Ita pridem auctor libri, qui vulgo inter Hippocraticos refertur, *epidemic VI. Sect. 8. §. 19.*
,,quae continent corpora, aut intus continentur,
aut in nobis cum impetu mouentur, contem-
planda sunt., qui celeber locus egregio ansam
praebuit ABR. KAAU BOERHAAVE operi, cui tir.
Impetum faciens dictum Hippocrati per corpus
consentiens. LB. 1745. 8.

A

solida scil. eius, s. continentia :
tum *fluida*, quae ipsis solidis continentur :
denique, et quod summum est, *vires
vitales*, quibus maxime quidem solida ad
impulsus fluidorum recipiendos, eademque
propellenda, aliosque motus perficiendos,
incitantur ; quae tamen vires neque ab
ipsis quibusdam fluidis omnimode abesse
videntur ; et in vniuersum organici corporis
essentiam quasi constituunt.

§. 2.

Haec vero tria, et si inuicem reapse
inter se distincta sint, ideoque sigillatim
hunc recenseantur, in *vino* tamen corpore,
ut pote circa quod omnis physiologia et
vnice versatur, tam intimo nexu iuncta
sunt, ut vix ac ne vix quidem alterum
absque alterius connubio concipere animo
liceat.

Limpidissimi enim corporis nostri hu-
mores terreno tamen suo elemento scatent:
et solidae contra partes, praeterquam quod
ex ipsis ipsis fluidis primo gignuntur, et-
iam si

iam si maxime siccae nobis videantur, phlegma tamen quoddam continent: denique vix fibrillam, ni fallimur, in corpore viuo, vitali sua vi plane orbam, dicere licet.

§. 3.

Iam vero de singulis his tribus seorsim: et primo quidem de fluidis; utpote quae et longe maximam *) et primigeniam corporis nostri partem constituunt.

*) CHR. ANDR. KOCH *de proportione solidorum ad fluida*
in c. k. Goett. 1737. 4.

SECTIO II.
DE
HVMORIBVS CORPORA
HVMANI IN VNIVERSVM
ET DE
SANGVINE IN SPECIE.

§. 4.

Quicquid fluidi corpore nostro continetur,
id omne ad tres classes principes commode
referri videtur.

Est enim vel A) *crudus* vt audit humor,
quo maxime chylus spectat, primis quas
vocant viis, contentus, in sanguinem ver-
tendus; tum vero etiam quae corporis ex-
terna superficie absorpta eidem aduehuntur;

vel B) *sanguis* ipse;

vel denique C) ex sanguine iterum *se-
cretum* liquidum: idemque siue certis vi-
bus destinatum et inquilinum; siue iners
et mere excrementitium.

§. 5.

§. 5.

De prima et tertia harum classium alias dicendi locus erit, ubi ad chylosin, et ad secretionem, et ad alias functiones peruentum erit, ad quas singuli humores pertinent. Iam vero de sanguine agamus, principe ac primario ac vere vitali latice, qui omnium reliquorum humorum quasi promus condus dici meretur; utpote *in* quem crudus quem diximus humor vertitur: et *ex* quo reliqui ad unum omnes secernuntur et deriuantur: quique, si a paucis corporis partibus discesseris, qualis epidermis est, et arachnoidea tunica, et amnion etc. tum et dentium vitrea substantia etc. per uniuersam reliqui corporis compagem longe lateque discurrit.

§. 6.

Est vero sanguis liquidum sui generis, noti coloris, plus minus intensi: ad tactum glutinosum: calens: hactenus inter naturae arcana referendum, quod nulla adhuc arte ipsi similis liquor effici potuerit.

§. 7.

Hocce liquidum ex viuo homine recenter emissum et vase exceptum sequentia maxime prodit phaenomena *):

Et primo quidem, maxime quamdiu adhuc calet, vapor ex eo ascendit, qui campana exceptus roris ad instar in guttas confluit, *aquosae* indolis, vulgari s. fontanae aquae satis similis, nisi quod nidorosum odorem habet, singularem (in carniuorum sanguine grauiorem) et quem vere animalem dixeris, qualem et vrina adhuc calens, aut funeris recentissime dissecti thoracicum et abdominale cauum spirat. Eiusdem vero aquosi laticis multum quoque reliquis quae dicentur sanguinis partibus constitutuis admixtum remanet.

§. 8.

Interim dumque sensim frigescit sanguis vase contentus, in binas partes secedere incipit. In coagulum nempe primo abit, e cuius

* Jo. MART. BUTT *de spontanea sanguinis separatione.*
Edinb. 1760. 8. recus. in cl. Sandifort thesauro
Vol. II.

cuius superficie mox vndequaque exfudat quasi latex ex flauescente subrubellus, quem *serum* vocant sanguinis; quo plus autem exfudat, temporis progressu, huius feri, eo contractius et mole minus redditur id ipsum coagulum, quod *crassamentum*, item ab aliqua similitudine tum coloris tum scissilis compagis, hepar sanguineum, aut placenta, et, quod a fero circumfusum ipsi innatet, insula audit.

§. 9.

Ipsum vero istud crassamentum faciliter encheiresi, conquassando nempe aut saepe repetitis vicibus abluendo, denuo in binas partes constitutias abit; in *cruorem* nempe qui vniuerso sanguini purpureum imperierat colorem, et qui ablutione secedit a *lympha*, quae altera est eaque solidior pars, quare et basin crassamenti eam vocant; cui cruorem magis amicum esse quam fero, vel exinde patet quod nonnisi violentia quadam adhibita ab ea basi secedat. Ipsa autem ea cruoris secretione lympha eo orbata magis magisque pallescit, vsque

dum denique albi et satis tenacis coaguli habitum p[re]ae se fert.

§. 10.

Et hae quidem sunt quaternae partes principes sanguinis. — *Aquosus* scil. eius latex; tum *serum*; hinc *cruor*; denique *lympha*; quae tamen omnia quamdiu integro suo vitali calore praedita sunt, intime mixta, aequabilem et homogeneum liquorem constituunt.

Iam de postremis tribus paullo curatius agendum est; aquosus enim quem diximus latex, nihil singularis quod amplius nos morari debeat p[re]ae se ferre videtur: imo nec sanguini proprius est, non magis quam aér, ipsi, vt reliquis corporis nostri partibus inhaerens, de quo tamen infra paucis adhuc agetur.

§. II.

Serum itaque gelatinosus humor est, idemque qui maxime vniuerso sanguini viscosum habitum impertit: in vniuersum albu-

albumini ouorum simillimus *); vtpote qui calori 150 graduum (scalae Fahrenhei-tiani thermometri) expositus in coagulum album scissile, albumini cocto simile, abit: quale quid etiam, etsi serius et post 20 demum horas contingere docuit cl. Mo-fcati **), si calx viua ipsi admixta fuerit. Leniter vero exsiccatum serum, sibi cetero-quin commissum, in substantiam pelluci-dam, gummi arabico quoad externam fa-ciem non absimilem vertitur, quae sensim aequa ac albumen siccatum in numerosas fissuras, spiralis et plane singularis for-mae, dehiscit.

§. 12.

Praeter alias autem seri dotes, id ma-xime memorabile videtur, quod cl. Prieft-leii experimentis †) monitus toties com-

A 5 peri,

*) C. GU. PÖRNER *experimenta de albuminis ouorum et seri sanguinis conuenientia.* Lips. 1754. 4.

**) V. EJ. *nuove osservaz. ed Esperienze sul sangue etc.* in *Scelta di opusc. interessanti.* Mediol. Vol. XVI. pag. 102 sq.

†) *Philos. Transact.* Vol. LXVI. P. I. pag. 244 sq.

peri, facilitas scil. qua aér, 'cui vas sanguine repletum exponitur, per medium cui crassamentum alte immersum est, serum, in illud agere, coloremque eius maxime mutare valet, cum e contrario eadem aëris in crassamentum actio longe difficilior imo vix ylla reddatur, quodsi idem, feri loco alio fluido, aqua aut oleo etc. imo et alieno saltim ipsius corporis humani humore, saliuia v. c. aut vrina tegitur.

§. 13.

Cruor aliam et maxime memorabilem sanguinis partem constituit, et colore et particularum figura, imo et elementis quae ignis tortura ex eo elicit, plurima singularia prae se ferens. Ad maxime elaboratos corporis succos pertinere videtur, qui et in foetu tenerrimo vix ante quar tam post conceptionem hebdomadēm, nec ante quadragesimam horam in pullis gallinaceis incubatis, appareat: et post graues sanguinis iacturas prae reliquis sanguinis elementis omnium difficillime restauratur.

§. 14.

§. 14.

Globulis constat, a Leeuwenhoekio primum obseruatis, quorum in recenti sanguine perpetua et constans figura, et aequabilis magnitudo, et quod in nullo alio humore aequales (in vnico lacte quādantenus similes) reperiantur, nullum dubitationi concedit locum, quin maxime essentiale et a reliquis quas diximus sanguinis elementis plane diuersum, constituant, et si longe simplicior eorum forma videatur quam clari nominis viri eandem perhibuerunt. Ut enim de fictitia Leeuwenhoekii ratione eorum sextupla taceam, neque annulorum forma, quam cl. della Torre ipsis tribuit *), neque vesicularum opaco nucleo praeditorum mihi apparuerunt, qualem Hewsonus in iis se deprehendisse

* Jo. MAR. DELLA TORRE *nnove osservaz. intorno la Storia nat.* Neap. 1768. 8. pag. 95 sq. tab. IV.

FJ. *nnove osservaz. microscop.* ibid. 1776. 4. pag. 83 sq. tab. XIV. fig. 2 - 7.

Illusionem dioptricam fuisse, experimentis (ipsissimis Turrii globulis vitreis institutis) didicit C. H. KOESTLIN. v. FJ. *fascic. animaduersi.* Stuttg. 1780. 4. pag. 12 sq.

prehendisse ait *). Verum non nisi globosa, et si recte vidi, solidae gelatinæ specie oculis usurpauit. Lenticularem quidem, quam obseruatores ipsis tribuunt figuram, non negauerim, mihi saltem non adeo certe visam ut afferere audeam.

Disputatum est num formam mutare possint, quando per angustissimi luminis vasculum ipsis transfeundum foret; e sphæricis tunc ouales fieri, posteaque, quando denuo in capacius vas emergerent, in pristinam globosam formam resiliere, credo curato obseruatori Reichelio **); etsi neque hoc mihi ipsi adhuc videre contigerit.

Ipsa vero globosa eorum figura non nisi in viuo aut saltim recenter emiso sanguine cernitur; temporis enim progressu perit; ita ut tunc quasi deliquescere videantur globuli.

§. 15.

In *magnitudine* horum globulorum constituenta dissentient physiologi. Hale-
sius

*) *Philos. Transact.* Vol. LXIII. P. II. p. 303 sq. tab. XII.

**) G. CHR. REICHEL *de sanguine eiusque motu experimenta.* Lips. 1767. 4. pag. 27. fig. III. g. g.

fius eos $\frac{1}{3240}$ vnciae diametro aequare contendit. Senacus circ. $\frac{1}{3300}$. alii aliter.

§. 16.

Color ipsis ruber, imo vniuersi sanguinis rubor ab iis deriuandus videtur. Multimode autem istius coloris intensitas variat, pallidior certe animantibus inique nutritis, aut quae graues haemorrhagias sunt perpesta; floridior arteriosus, aut qui aëri atmosphaerico, maxime vero ubi dephlogisticato expositus fuerit; obscurior venosus, et in fixo aut inflamabili aëre detentus.

§. 17.

In vniuersum, quae augeant ruborem sanguinis eundemque magis intensum reddant, in promtu cauffae sunt; vnde vero primaria ad eam rubedinem dispositio deriuanda sit, hoc opus hic labor. Hallerus eam in croco martis ponebat, quod sanguis magis quam offa aliaeue corporis partes ferro scateat, etsi quantitas eius exigua sit, imo mirum quantum in ea consti-

constituenda varient auctores; ita v. c. Menghinus rationem eius ad vniuersam sanguinis massam faciebat vt 1:110. cl. Rhades vero modo vt 1:427 imo in aliis experimentis vt 1:503 etc.

Sed et hoc scire oportet, id ferrum non nisi calcinato cruore manifestari, cum e contrario si leniter siccatum fuerit, etsi in tenuissimum puluerem redactum, et siue aquae siue argento viuo mobilissimo vehiculo impositum, ne hilum quidem eius a magnete attrahi expertus sim.

§. 18.

Vltima consideranda venit ex principi-
bus quae sanguinis massam constituunt
partibus, *lympha* scil. quam et basin craf-
famenti, alii partem mucosam s. glutino-
sam, alii fibram sanguinis appellant.

Haec quondam cum sero male confusa
est, a quo tamen toto quod aiunt coelo
differt, cum iam aëris, maxime frigidioris,
contactu in coagulum abeat, calcis vero
viuae

viuae admixtione, qua serum cogi diximus (§ 11) fluida conseruetur, aut si iam coacta sit, eius accessu denuo deliquescat.

§. 19.

Modos quibus a cruento separari possit, supra tetigimus (§ 9). Aliis autem artificiis, ut virgulis eandem feriendo, in membra-
nae speciem vertitur, quam ab inuentore Ruyfchianam *) appellant.

Similitudo, quae huiusmodi membra-
nam, arte paratam, et phaenomena quae-
dam memorabilia in morbis, inflammato-
riae maxime indolis, intercedit, haec ipsa
quoque ad lymphae de qua agimus co-
agulum referenda esse demonstrat.

Pertinent illuc, ut pauca tantum e plu-
rimis tangam, crusta sic dicta pleuritica,
quae crassamentum sanguinis in vase ex-
cepti et stagnantis quandoque obducit;
tum et similes pseudomembranae quae ex
visce-

*) RUY SCH *thesaur. anat.* VII. pag. 11. tab. III. fig. 6.
cf. *thesaur.* I. pag. 14 sq. tab. II. fig. E.

visceribus inflammatis transfudare eaque
inuestire solent; tum et quodammodo ipsa
caduca Hunteri ex vteri impregnati et
oestri venerei igniculis calentis cauo ex-
fudans; porro membranae cellulofae qui-
bus ex peripneumonia pulmones cum pleura
subinde coalescere videmus; aut quales
post graues in cauum abdominis haemor-
rhagias nasci solent; et qualia, vt singu-
lare eorum exemplum afferam, lithopae-
dion vulgo sic dictum, in abdome diu
detentum, vicinis visceribus tenaciter an-
nectentia *), coram video. Sed et polypi
similiaque coagula, huius ordinis esse
videtur.

§. 20.

Haec quae diximus phaenomena, alia-
que passim memoranda, summam huius
lymphaticae partis dignitatem aperte de-
monstrant, in qua, si quid sanguini vitalis
principii ineft, vt omnino verisimillimum
videtur, id maxime huicce lymphae in-
haerere, appareat.

§. 21.

*) v. Commentat. Soc. scient. Goetting. Tom. VIII.

§. 21.

Praeter hactenus enumeratas partes sanguinis principes, alia elementa ipsi quoque admixta esse, iam monuimus (§ 10).

Aër maxime hoc spectat, quem ³³ vniuersae sanguinis massae efficere vulgo docent, qui vero hominis viui et sani sanguini non liber et elastica sua specie ineft, sed intime subactus quasi et infixus neque facile extricandus. Imo experimentis didici, vel purissimi aëris peregrinam dosin chirurgiae infusoriae encheiresi in venam iugularem canum immisgam, vehementissima symptomata excitare, ut palpitationes cordis, soporem, conuulsiones, et si paulo maior fuerit quantitas, ipsam mortem inferre *).

§. 22.

Enarratae partes elementares proportione relativa mitum quantum differunt, pro multifaria ratione aetatis, nutrimenti, alio-

* Pluribus de iis experimentis egi in medicin. Biblioth.

Vol. I. pag. 177 sqq.

aliorumque id genus momentorum, quae sanitatem cuius homini propriam constituunt.

§. 23.

Neque magis certi et determinati quid circa relatiuam proportionem sanguinis massae ad vniuersi corporis molem statuere licet. Hallerus eam in adulto ad 30-36 librarum pondo ascendere putat; alii aliter.

SECTIO III.

DE
**SOLIDIS CORPORIS HVMANI
 IN VNIVERSVM**
 SPECIATIM VERO DE
TELA CELLVLOSA.

§. 24.

Solida *) ex ipsis fluidis ortum ducunt; ita ut in primo gelatinosi embryonis rudimento sensim sensimque solida suis quaeque locis subnascantur, infinitis cohaesio-
nis gradibus **) inter se diuersa, a mol-
lissimis et fere pultaceis inde, qualis est
substantia medullaris cerebri, ad durissi-
mas usque, cuiusmodi est cortex vitreus
coronae dentium.

B 2

§. 25.

*) HIER. DAV. GAUBII *Spec. exhibens ideam generalem solidarum c. b. partium.* LB. 1725. 4.

**) ABR. KAAN BOERHAAVE de cohaesione solidorum in corpore animali. in *Nov. comm. acad. Petropolit.* Tom. IV. pag. 343 sq.

§. 25.

In omnibus hisce solidis terrea basi plus minus abundat, eaque maxime calcareae indolis, sed acidis (phosphoreo maxime, tum et partim saccharino) iuncta. Cohesionem autem adiuuant praeter ipsam contextus rationem, tum aëris ipsis infixi copia *), eo maior (vt Halesius vir summus experimentis euicit) quo solidiora; tum gluten quod vocant animale, quale vulgatum illud fabrile est ex animalium partibus solidis eductum. Ortus huius gelatinæ ex iis quae de sanguinis indole viscosa dicta sunt explicatu facilis est.

Ferreum elementum cui vulgo magnas ad cohesionem in corpore humano firmandam partes tribuunt, vix in censum referrem, perexiguam eius quantitatem cogitans,

* „Aëris dotes nondum satis notae sunt. — Id interim certum est, ad gluten pertinere, quo omnium firmorum in vniuersa natura corporum elementa cohaerent, vt omnino neque fere metallum, neque os, neque lapis, neque testa, neque sal dissoluatur, quin aër extricatus prodeat.“
verba sunt Halleri de corp. hum. functionib.
Vol. III. p. 271.

cogitans, vtpote quum durissimarum partium, ossium scil. integrae binae librae vix $\frac{1}{5}$ grani ferri contineant.

§. 26.

Magna pars solidorum corporis nostri *fibrosam* compagem monstrat, ex filis plus minus parallelis contextam. Cernere id est in ossibus, foetuum in primis, tum in musculari carne, in tendinibus, ligamentis, aponeurosis, membranis quibusdam v.c. dura meninge etc.

§. 27.

Aliis vero partibus diuersa ab hac quam diximus textura est, vt nihil fere fibrosi in ipsis discernere liceat, sed alia sive generis peculiaris compages, quam *parenchyma* graece dicunt, idque visceribus maxime secernentibus quibusuis proprium: aliud v.c. renibus, aliud hepati etc.

§. 28.

Verum omnibus hisce compagum generibus, siue ad fibram siue ad parenchyma proprium pertineant, communis quae-

dam *tela* intertexta est, quae *cellulosa* audit, inter primas et principes et maxime memorabiles corporis nostri partes constitutivas referenda *).

§. 29.

Primo enim plures corporis humani partes solidae fere totae quantae ex eiusmodi tela sunt constipatae, quo v. c. pertinent pleraeque membranae et cartilagini, vtpote quas diutina maceratione in laxiorem iterum telam cellulosa resoluere licet. Aliis vero tamen adeo intime intertexta est, vt reliquorum quibus constant partium, receptaculum quasi sit et fulcimentum; ita v. c. durissima ossa antea ex cartilagine constabant, quae ipsa tela erat cellulosa stipata: postea vero succi ossi accessu in laxiorem cellulosam distenta, eoque ipso quasi impregnata. Imo vix ab illa corporis nostri parte solida abesse videtur ea tela, si corticem vitreum coronae dentium excipias, vtpote in quo acido

* DAV. CHR. SCHOBINGER (praef. Hallero) *de telae cellulosae in fabrica c. b. dignitate.* Goett. 1748. 4.

acido fortiori commisso nihilum eiusmodi
telae simile reperire mihi licuit.

§. 30.

Porro etiam ea tela tanquam sepimentum vicinis partibus, musculis praesertim et membranis interiecta est: aliis tanquam fulcrum adiacet, vasis maxime neruisque: in vniuersum autem commune quoddam vinculum constituit, quo partes omnes ac singulae cum vicinis suis cohaerent.

§. 31.

Duplex exinde per se fluit consecutarium: alterum quod ipsa haecce tela cellulosa vniuersae totius corporis compagis eatenus fundamentum constituat, ut si animo concipere liceret omne id quod praeter cellulosa in corpore supereft demtum, et cellulosa eam totam situ suo superstitem, nihilominus vniuersi corporis partiumque eius formam remansuram fore.

Alterum, quod ipsius huius fundamenti cellulosi ope nexus et via quaedam inter omnes corporis partes pateat, sintue cete-

roquin natura sua maxime diuersae, siue
situ a se inuicem remotissimae; id quod tum
ad dirimendas de continuationibus mem-
branarum logomachias, tum ad explicanda
quamplurima morbosphaenomena notari
meretur.

§. 32.

Vti vero ea tela cellulosa plerisque
corporis partibus solidis ortum et funda-
mentum praebet, ita ea ipsa lymphaticae
quam diximus sanguinis parti originem
suam debere videtur, vtpote quam ex
peripneumonicorum pulmonibus transfu-
datam in ipsam eiusmodi telam abire vidi,
quae mox pseudomembranas constituens
viscera ea pleurae nectere solet.

§. 33.

Haec de telae cellulose natura et
dignitate generatim dicta sufficient. Iam
de nonnullis eius varietatibus.

Et primo quidem non vna eius est
firmitas.

In vniuersum enim, ceteris paribus,
humano corpori *tenuerrima* concessa videtur
cellu-

cellulosa, si cum eadem tela in animantibus compares; imo ni fallor ipsissima haec cellulofae humanae mollities ad principes hominis praerogatiwas pertinet, quo ipso tum ad sensum stimulorum subtiliorum tum ad motus aliasque functiones maiore cum perfectione subeundos aptior redditur.

Sed et ipsos homines multa intercedit cellulofae quod ad laxiorem aut firmiorem contextum differentia, respectu aetatis, sexus, vitae generis, climatis etc.

Denique etiam varius est tenor huius telae pro varietate locorum corporis quibus interiacet: ita v.c. laxior in palpebris et praeputio, strictior circa aures etc.

§. 34.

Porro et *usus* telae cellulofae alius praeter eum quem in genere corpori præbere diximus (§ 29, 30.) nominandus venit, quo quidem *cellulae* eius recipiendis non unius generis fluidis sunt destinatae.

Et quidem maxime halitum ferosum s.
aquulam cellulis suis recipiunt, qua ad
viam fere omnes corporis partes irrorantur,
lubricantur, et quam spongiae humidae in
modum imbibere videtur haecce tela *).

§. 35.

Praeterea autem aliis quoque nonnullis
humoribus recipiendis inferuit quarundam
corporis partium tela cellulosa. — Ita ea
quae vitreum oculi corpus constituit, hu-
more eius nominis grauida est:

quae membranam medullarem ossium for-
mat (quam vulgo, ast minus apte, periosteum
internum appellant) medullam continet:
magna

* Quodsi haec cellulosae telae tenuissima interstitia,
quibus fluida spongiae in modum resorbent, vas-
culorum nomine insigire luet, facile concedo
quod Gu. HUNTER contenderat, (*medical observ. and
Inquiries* Vol. II. pag 27 sq.) hancce de qua agimus
telam aequa ac reliquas corporis partes *vasis* con-
stare. Si vero ea ipsi mens erat ac si universa
haecce tela *cylindricis venuulis* constet, quas anatomice
loquentes vulgo *vasorum* nomine subintelligere
solent, cautissima tentamina microscopica, in qui-
bus nempe ab optica illusione mihi satis caui,
quae vasculosa specie mihi imponeret, aliter me
sentire iubent.

magna denique pars mollibus partibus
interiecta, reliquum adipem.

§. 36.

Et heic quidem triplex memoranda vi-
detur varietas:

Sunt enim primo partes corporis, qua-
rum cellulosa, etiamsi mollissima et maxi-
me flaccida, numquam tamen in homine
fano adipe repletur; qualis ea est, quae
palpebris interiacet, et viri genitalibus
substrata, etc.

Porro autem numerosis per corpus lo-
cis inconstans adeps diffusus est, et is
quidem eiusdem generis *) cellulis, quae
alias aquulae quam diximus serofae reci-
piendae inferuit, inhaerere videtur.

Denique autem quibusdam in locis
perpetuus et ni fallor certis et definitis
loculis inclusus est adeps, statutis et sin-
gularibus usibus inferiens, quo v. c. eum
referrem, qui montem veneris in pube
feminea constituit, et qui peculiarem et
circum-

*) Aliter sentientem Gu. HUNTERUM v. l. c. p. 33 sq.

circumscriptam glebam formare mihi visus est *).

§. 37.

De *adipe* **) ipso pauca addere liceat, cum is maxime commodus de eo agendi locus videatur.

Oleum est, vnguinosis vegetabilium oleis haud absimile †); blandum, inodorum, leuius aqua; phlogisto constans, phlegmati ope acidi sui generis ††) nuptum.

§. 38.

*) Luculentius adhuc in cadavere feminine *simiae cynomolgi* reperi, cui frigori exposito circumscriptam eam adipis sub pube locati gleham, integrum exglobere licuit.

**) GU. XAV. JANSEN *pinguedinis animalis consideratio physiologica et pathologica*. LB. 1784. 8.

†) JOACH. DIED. BRANDIS *comm. (praemio regio ornata) de oleor. vnguinosor. natura*. Goett. 1785. 4. pag. 13 sq.

††) JOACH. JAC. RHADES *de ferro sanguinis hum. aliisque liquidis animalium*. Goett. 1753. 4. cap. IV. de adipe humano.

DAV. H. KNAPE (praeſ. Segnerio) *de acido pinguedinis animalis*. ibid. 1754. 4.

LAUR. CRELL v. cl. *chemisches Journal* 1778. P. I. pag. 102 sq.

§. 38.

Sero in fetu subnascitur, ita ut vix ante quintum post conceptionem menseni certa eius vestigia in eo dignoscere liceat.

Diuersis in locis varia eius est consistentia. Fluidior v. c. qui orbitae inhaeret; durior e contrario et ad seui similitudinem accedens, qui renibus adiacet.

§. 39.

De secrezione eius disputatum est: num scil. ope peculiarium glandularum fiat, quae Gu. Huntero sententia fuit, an tantum per diapedesin ex arteriis transfudet? Posterior sententia praeter alia argumenta vel exinde verisimilior videtur, quod et subinde praeter naturam adeps visus fuerit in regionibus alias eo orbis: id quod aptius errore loci ex iniqua vasorum dispositione, quam glandulis contra naturam nouiter exortis explicari posse videtur: ita v. c. in ipso oculi bulbo adeps aliquando repertus est; et simile seu locum replere solet ex quo testis extirpa-

tus

30 SECTIO III. DE SOLIDIS C. H.

tus est; imo vix cauum corporis est, in quo non quandoque visa fuerint steatomata.

Sed et in vniuersum glandulae quibus secretionem pinguedinis tribuere annisi sunt viri cl. hactenus ad entia rationis pertinent.

Vtut interim sit, id certo constat, tum secretionem tum reforbtionem eius cele- riter peragi posse.

§. 40.

Vsus adipis multifarius est.

Lubricat solida et motum adiutat. Ni- miam sensilitatem obtundit. Frigus arcet. Demum et cutem aequaliter distentando pulcritudinem iuuat.

Vt peculiares pinguedinis certis quibus- dam locis destinatae vsus taceam, vt me- dullae ossium etc.

Ad nutritionem vero hominis *) sani vix quicquam conferre videtur.

*) Infecta vero exsanguia, ex adipe quo abundant, praecipuum sui nutrimentum haurire probabilis sane conjectura est P. LYONET, *Tr. anat. de la Che- nille qui ronge le bois de Saule.* pag. 428. 483 sq. et praef. pag. XIII.

SECTIO

S E C T I O I V .

D E

V I R I B V S V I T A L I B V S

I N V N I V E R S V M

S P E C I A T I M V E R O D E

C O N T R A C T I L I T A T E .

§. 41.

Difficile pensum aggredimur, *solidum* nempe *viuum* *), et virium vitalium enarrationem, quibus partes corporis nostri animantur quasi, et tum ad stimulorum impulsus recipiendos, tum ad motus perficiendos, aptae fiunt.

§. 42.

*) GUALT. FORSTEN VERSCHIJN OR. *de recentiorum medicorum, in primis Belgorum, meritis, in phænomenis et effectibus principiis, quod vitam animalem constituit, indagandis.* Groning. 1781. 4.

MATTH. VAN GEUNS *de eo quod vitam constituit in corpore animali.* Groning. 1758. 4. recus. in Sandiforti thesaur. Vol.II.

JO. THEOD. VAN DER KEMP *de vita et vinificatione materiae humanum corpus constituentis.* Edinb. 1782. 8.

§. 42.

Primo autem de solido viuo acturos limites eius definire oportet, vbi facile patet, non magis heic de eiusmodi viribus sermonem esse, quae corpori humano cum reliquis in rerum natura corporibus communia sunt, qualis est elasticitas [cuius ceteroquin virtutes in oeconomia animali multifariae sunt *]); quam de iis, quae animae competit, etiamsi magnam harum in corporeas solidi viui vires potentiam esse neminem inficias iturum speramus. Verum vnice de iis agi, quae diuersis organicae corporis nostri materiei generibus insunt, et ni grauiter fallor, ad sequentes maxime ordines redeunt.

§. 43.

Prima scil. et maxime vniuersalis harum virium vitalium species, et quam in inferiore gradu s. limine quasi reliquarum ponere licet, *contrarietas* est (sit venia barbarae

*) Jo. HENR. SCHVLZE *de elasticitatis effectibus in machina humana*. Hal. 1738. 4. recus. in Halleri collect. anat. Vol. III.

barbarae voci, qua rem veteri Latio ignotam designare oportet) simplex scil. ad se contrahendum nifus. Haec vis, vt mihi quidem videtur, in omni tela cellulosa residet, aequē late ergo ac ipsa ea tela patet, ideoque per vniuersum fere corpus regnare dicenda. Neque male fortassis exinde *vis cellulose* appellanda.

§. 44.

Altera harum virium vitalium, *irritabilitas* audit Halleriana, quae musculari vnicē fibrae competit, ideoque *vis muscularis* dicenda. Singulari plane motu oscillatorio et quasi tremulo se manifestat, vel exinde a simplici contractione distinguendo quod longe facilius ad quemuis cuiusuis stimuli acrioris accessum excitetur.

§. 45.

Tertia est *sensilitas*, s. quod vnicē nervosae medullae cum sensorio communicanti conueniat, *vis nervea* dicta, qua quidem efficitur, vt si partes ea praeditae stimulis in eas agentibus irritatae fuerint, sensorium exinde afficiatur.

§. 46.

Haec virium vitalium triga *communium* nomine venire potest: cum plus minus aut omnibus fere aut plurimis saltem corporis partibus, quas *similares* vocauere veteres, competit.

§. 47.

At enim vero praeter has quarta adhuc excitanda venit, *vita scil. propria*; sub qua denominatione eas intelligo vires, quae singularibus quibusdam corporis partibus, peculiaribus functionibus destinatis, conueniunt, neque ad ullam priorum virium communium classem referri possunt.

A priori quod dicunt, sanae rationi neutiquam repugnat, eiusmodi partes, quae textura, fabrica, et functione plane singulari a reliquis differunt, viribus quoque peculiaribus ad eas singulares actiones peragendas a natura instructas esse.

A posteriori autem, curata naturae observatione docemur, esse utique partes, viscera

viscera praeferunt, quae motus adeo singulares produnt, ut vix ac ne vix quidem ab una alteraue communium quae diximus virium deriuari possint, sed vitae cuidam propriae tribuenda videantur.

Exemplo sint iridis motus; erectio papillae in mamma muliebri; motus fimbriarum tubae Fallopiana; actio placentae; et vteri ad partum; descensus testium in foetu masculo; et ni fallor magnam quoque partem yniuersum secretionis negotium.

§. 48.

Denique et quinto loco nominandus venit *nexus formatiuns*, qui tanquam causa efficiens totius negotii generationis, (latissimo scil. sensu sumti, quo nempe et nutritionem et reproductionem tanquam sui modificationes complectitur) considerari debet, vtpote qui efficiat, vt materies situe genitalis situe nutritia, destinatis ipsi locis recepta et ad statutam maturitatem perducta, debitam formam induat, et in eiusmodi partes abeat, quae postmodum

iis quas recensuimus viribus, contractilitate
nempe, aut irritabilitate, aut sensilitate,
aut demum vita propria, instruantur.

§. 49.

De nisu hocce formatiuo pluribus di-
cetur, vbi ad generationis negotium per-
uentum erit;

ita de irritabilitate ad motum muscularē;
de sensilitate ad actionem systematis
neruosi;

de vita propria passim prout occasio feret.

De contractilitate autem pauca adhuc
sigillatim monendi hic locus est.

§. 50.

Per vniuersum fere corpus eam regnare
dixi, quatenus nempe tela cellulosa do-
minatur.

Inest ergo iis primo loco partibus quae
totae quantae e tela cellulosa constipatae
sunt, membranis v.c. Nam has contra-
ctiles esse nemo infitiabitur, vel tunicae
dartos constrictiōnem cogitans, aut cuta-
neos spasmos aut peritonei, quod solum
intestina herniosorum quandoque iugulasse
vifum est.

Porro

Porro visceribus quae maximam partem ex eiusmodi tela sunt conflata, quo v.c. pulmones pertinent, quorum extimam superficiem crebris viuisectionibus edoctus valde contractilem, neutiquam vero vt Varniero nuper afferere placuit, vere irritabilem reperi.

Imo nec ab ossibus abesse contractilitatem tum alueoli docent, quos post dentium lapsum constringi vulgo notum est, tum necrosis morbosa, qua constat, emortuo osse euulso, nouum os, quo antea cingebatur, sensim sensimque ad natuam usque fere crassitatem et formam se contrahere.

Vti vero dentium substantiam vitream tela cellulosa carere supra monuimus (§ 29) ita et hacce contractilitate destitui, exinde verisimile mihi videtur, quod parte eius vel carie exesa vel casu defracta, quicquid eius restat, non vt in alueolis fieri modo diximus contrahatur, sed irreparabili hiatu perennet.

§. 51.

Ipsa porro haecce telae cellulofae se contrahendi facultas ad primas et principes roboris et sanitatis fulcra referenda, et in ea *tonus* partium a Stahlio, acerrimi ingenii viro, adeo ornatus, ponendus videtur; utpote quae tela, ut vnum exemplum plurium loco in medium proferam, in homine sano aquosum laticem cuius meminimus, spongiae in modum resorbet, et dehinc contractilitate sua in venas lymphaticas propellit; in morboſo contra statu, tono suo orba, (atonicā factā) haerente oppletur aqua, oedemati aliisque id genus cachexiis ortum praebens.

§. 52.

Denique ex vniuersali huius contractilitatis per totum corpus dominio eius in reliquas vires vitales influxus et quasi contagio, tum vero etiam ex infinitis eius in diuersis hominibus modis et gradibus magna eius vis ad sanitatem cuius homini propriam et ad temperamenta constituenda appetet.

SECTIO

SECTIO V.
DE SANITATE
ET
NATVRA HVMANA.

§. 53.

Haecce tria (§ 1) quibus enarrandis hucusque occupati fuimus, in corpore humano viuo perpetuo inuicem *agunt* et *reagunt*. Fluida nempe agunt tanquam stimuli in solida; haec vero vi sua vitali tam ad recipiendam eam stimulorum actionem, quam ad reagendum in ea, instructa sunt. Et in fano quidem homine omnis hicce siue agendi siue reagendi modus certo et definito quasi *aequilibrio* alteri respondet.

§. 54.

Accedit praeterea mirandus partium, etsi remotissimarum, *consensus*, non uno ex fonte deriuandus *).

C 4

Alius

*) v. de diuersis ipsis sympathiae fontibus DAN. LANGHANS de *consensu partium c. h.* Goett. 1749. 4.

Alius enim ad nenuos redit eorumque tum stupenda anastomosium retia, tum plexum et gangliorum intricatam texturam; quorum ope stimulorum impulsus sensorio communicati in remotiores exinde partes reagere possunt.

Alius ad vasa referendus utriusque generis, sanguifera scil., et lymphatica absorbentia.

Alius ad fabricae quandam similitudinem et exinde natam sympathiam.

Vt telam cellulofam taceam, quam, ut commune vniuersi corporis vinculum constituere vidimus ita etiam consensionem partium quam maxime iuuare posse, per se intelligitur.

§ 55.

Denique et summum naturae mysterium huc pertinet, animae scil. cum corpore suo connubium, et multifaria et ingens alterius in alterum potentia; de qua cum alias pluribus agatur, heic interim paucissimis tantum notasse sufficiat, praeter

ter voluntatis in plerosque musculos aper-tum imperium, alias quoque esse faculta-tes quae vim suam, vel citra omne vo-luntatis subsidium, in corpus exercent.

Pertinent huc e. g. coeci et mere ani-males innati instinctus, qualis est qui ad venerem stimulat.

Est porro sensuum internorum et ma-xime quidem phantasiae, et quae eius ope sufflaminantur animi pathematum ingens in corpus dominium.

Est denique eorum interuentu etiam cum nobilioribus et altioris ordinis animi facultatibus corporis commercium et mu-tuus influxus.

§. 56.

Multifaria hacce solidorum et fluido-rum et virium vitalium confensione (§ 53), partium sympathia (§ 54), et animi cum corpore intima contagione (§ 55) *vita vi-get et sanitas*, quibus autem non vna ea-demque latitudo est, sed quae infinitis gradibus inter se discrepant.

C 5

§. 57.

§. 57.

Vitae enim diuersi gradus inter bina extrema locantur, quorum alterum vita maxima audit; alterum vita minima.

Maxima dicitur, quando in vigore aetatis functiones corporis summum perfectionis fastigium attigerunt, *anunv* graeci vocarunt; athleticum etiam dixeris statum.

Minima e contrario, quando functiones, et si ceteroquin pro statutis circumstantiis perfectissime secundum naturam, modo lentius peraguntur; qualis est vita foetus in vtero, eoque minor quo ipse tenerior et origini suae propior; ita in vniuersum dormienti vita minor quam vigilanti; seni minor quam in virili aetate constituto et s. p.

§. 58.

Sanitatis autem non minor varietas: imo cuiuis homini propria est dicenda *): cum et quos sanissimos vocamus, inter se tamen

*) GU. FR. AD. GERRESHEIM de sanitate cuius homini propria. LE. 1764. 4.

tamen pro sanguinis diuersa constitutione, toni porro reliquorumque virium vitalium varietate, multimode discrepent, alter hinc aliter ab iisdem stimulis in corpus agentibus afficiatur etc. Fortassis etiam cuius propriae etsi vix obseruabiles idiosyncrasiae; cuius ex vi consuetudinis aliarum rerum, etsi ceteroquin innocuarum, impatientia; aliarum etsi insolitarum ferendi facilitas, imo subinde desiderium.

§. 59.

Et is ipse quoque cardo esse videtur, in quo *temperamentorum* toties agitata natura et varietas vertitur, utpote quae in ipsa ea tum partium, sanguinem constituantium proportione et miscela (§ 22), tum virium quae enarrauimus vitalium diuerso vigore, tum etiam vario exinde in animam agendi et huius in corpus regendi modo, consistit, unde tam peculiaris erga stimulos sensus, quam singularis ad motus perficiendos maior minorue facilitas fluit.

§. 60.

§. 60.

Varietas hinc temperamentorum reuera infinita: neque vñquam ad certas et definitas classes redigenda. Quodsi tamen quodammodo redigere libuerit, commode quatuor vulgatis eorum ordinibus acquiescere poterimus: quibus nempe in phlegmaticum, sanguineum, cholericum et melancholicum diuiduntur.

§. 61.

Haec enim diuisio etsi eam Galenus incongruo fundamento superstruxerit a sanguinis elementis male constitutis mutuato, tamen si ab eo iniquo fundamento discesseris, ceterum naturae satis confona videatur, ita vt tam singulorum hominum, quam cuiusvis hominis pro varia aetate diuersa temperamenta, commode ad eas IV classes principes referri possint. Teneillae enim infantili aetati phlegmaticum tribuere licet. Iuuenili sanguineum. Virili cholericum. Senili melancholicum.

Sed vt iam monuimus graduum et mixturarum in temperamentis adeo infinita

nita est varietas, vt quibus volupe fuerit, combinationes aut diuisiones et ordines eorum alios atque alios constituere, patentissimum sibi apertum videant campum.

§. 62.

Vniuersus autem omnium quae hactenus tetigimus facultatum et legum complexus, quibus functiones corporis humani per totum vitae decursum ad ipsam usque mortem reguntur et peraguntur, *natura humana* audit; unde disciplinae quam agimus physiologicae nomen natum est.

§. 63.

Ipsae autem istae functiones haud in epte in quatuor classes diuisae sunt; quae diuiso etsi non exceptione maior neque naturae ad vnguem adaequata, tamen in memoriae subsidium commode recipi potest.

Et quidem I^a eorum *vitales* complectitur functiones, ideo dictas quod continua et intemerata earum actio prae reliquis ad vitam sustinendam necessaria sit; quo ergo

ergo sanguinis circulum, et in homine
nato respirationem referunt.

II. *animales*; quibus maxime animantia
ab alterius regni organicis corporibus di-
stinguuntur; quo scil. in homine animae
cum corpore commercium, sensus praef-
fertim, et motus muscularis spectant.

III. *naturales*, quae nutriendo corpori
inseruiunt.

IV. *genitales*, quae circa speciei propa-
gationem versantur.

Iam singulas earum adeamus; auspi-
caturi a vitalibus.

SECTIO VI.
DE
SANGVINIS MOTU
IN VNIVERSVM.

§. 64.

Sanguis ut vidimus principibus corporis partibus proximam originem, reliquis autem perpetuum nutrimentum praebet, ideoque per vniuersi corporis qua late patet intimos et extremos recessus, paucissimis exceptis (§ 5.) debet distribui; id quod reapse fieri tum subtiliore vasorum repletione, tum vulgata experientia docemur, qua constat vix paucas corporis partes vel aciculae apice vulnerari posse quin sanguis exinde prodeat.

§. 65.

Vitalis autem iste latex, non, quae veterum opinio erat, Euripi in modum eiusdem ordinis venis detentus itque reddit
que

que tantum, sed circulo quem vocant, in orbem ita mouetur, vt a corde per arterias in vniuersum corpus delatus inde a venis exceptus iterum ad cor reuehatur.

§. 66.

Stabiliuit hunc sanguinis circuitum post paucas et fatis vagas antecessorum voces *)

Guil.

**) Infelix SERVETUS, tumqne vir summus ANDR. CAESALPINUS proprius ceteris qui vulgo in hunc censum referuntur ad sanguinis genuini circumitus notitiam accessisse videntur.

SERVETI scil. paucas voces hoc referre liceat, physiologica dissertatione contentas, quam operi famoso sibiique fatali et impensaie raritatis inseruit, cui titulus: *Christianismi restitutio &c.* (Viennae Allobrog.) 1553. 8. Extat ea dissertatione libro istius operis Vto de trinitate dinina in quo agitur de spiritu sancto, vbi inter alia sequentibus:
,,Vitalis est spiritus qui per anastomoses ab arteriis communicatur venis, in quibus dicitur naturalis.,,

CAESALPINI vero „de venis ultra vinculum intumescentibus, non citra,, memorabile problema quo parum a vera sanguinis motus notitia absuisse eum in aprico est, extat EJ. *Quaestionum medicarum* I. II. Quaest. 17. pag. 234.

Guil. Harvaeus immortali opusculo
a. 1628 edito *).

Temporis vero progressu maxime tum
autopsia ad microscopium **); tum quod
cerea aliae id genus massa arteriis iniecta
idem iter legere vifa est; porro etiam
sanguinem ex viuo animali in aliud, aut
in hominem transfundendi heroicis tenta-
minibus; aliisque experimentis quae in
viuis animantibus institui possunt, extra
omnem dubitationis aleam positus est †).

§. 67.

*) *Exercitatio anatomica de motu cordis et sanguinis in animalibus*, GuIL. HARVEI Angli, med. regii &c. Francof. sumptib. GuIL. Fitzeri. a. 1628. 72 paginis 4. c. fig. æn.

**) Ad demonstrandum sanguinis motum in ranis &c.
maxime commodus est equuleus Lieberkühnii
quein *machinam ad ranas vulgo vocant*.

Quodsi in calidi sanguinis animante enndem
contemplari lubet, aptissima sunt oua incubata,
maxime quartae et quintae incubationis diei,
microscopio simplici quale Lyonetianum est,
subiecta.

†) G. REMVS *experimenta circa circulationem sanguinis instituta*. Goett. 1752. 4.

§. 67.

Quaenam huius motus in homine sano statuta celeritatis mensura sit, vix ullo modo definiri poterit. Differt enim in hoc quoque non homo tantum ab homine; sed et magna circa id momentum varietas intercedit quoad aetates; imo vero etiam quoad corporis diuersas partes.

In vniuersum etiam venosus sanguis lentius paulo labi videtur quam arteriosus, et quando per truncos vasorum agitur celerius quam ubi vasa minima percurrit: etsi has celeritatis diuersitates nimias fecerint quondam physiologi.

Vulgo interim sumunt medium velocitatem sanguinis in aortam delabentis eam esse, ut quoquis pulsu 8 circ. unciarum spatium percurrat, id quod ad 50 circ. pedes in minuto primo rediret.

§. 68.

v. HALLER de sanguinis motu experimenta anatomica. *Commentarior. societ. scient. Goetting.* Tom. IV. ad a. 1754.

Ej. de eodem argumento Serino II. *operum minor.* Tom. I. p. 63 sq.

LAZ. SPALLANZANI v. cl. *de' fenomeni della circolazione &c.* Mutin. 1773. 8.

§. 68.

Cruoris globuli axin legere videntur; eosdemque prae ceteris sanguinis elementis velocius agi dictum est. Nescio ex certone experimento; an ex vulgatis tantum hydraulices legibus male ad sanguinis circuitum applicatis; male inquam, cum in vniuersum ineptire sit, vitalis latricis motum, quo per viuidos animati corporis canales agitur, ad eas mere mechanicas leges reuocare velle, quibus aqua in hydraulicis machinis propellitur. — Mihi sane istam globulorum praerogatiuam oculis vere usurpare nondum datum est.

§. 69.

Certius persuasus sum eos globulos vehiculo reliquorum sanguinis partium innatantes delabi solum, minime vero simul circa propriam axin rotari; in vniuersum autem praeter eum de quo agimus sanguinis motum *progressuum*, vix statutum ipsi quoque inesse motum alterius generis, quem *intestinum* vocant; etsi subigi quan-

doque sanguinis elementa, vbi pro varia directione aut diuisione vasorum eorumque anastomosibus diuersimode impelluntur, nullum dubium sit.

§. 70.

Haec de sanguinis motu in vniuersum.
Iam ad eius disquisitionem proprius accessu
furi optime defungi putamus, si prius de
vasis quibus sanguis continetur egerimus,
tumque vires rimemur, quibus ea vasa
ad propellendum et recipiendum sanguinem
animantur.

SECTIO VII.
DE
ARTERIIS.

§. 71.

Quae sanguinem a corde acceptum per totius corporis compagem distribuunt, vasa, *arteriae* vocantur *).

Hae in vniuersum minus capaces sunt quam venae; sed textura longe solidiore, magis compacta, valde elasta, et ut Winttinghami experimentis constitit, perquam robusta.

§. 72.

Tripli autem constant membranarum strato **):

D 3	I. scil.
-----	----------

*) GER. van SWIELEN *de arteriae fabrica et efficacia in corpore humano*, LB. 1725. 4.

**) De variis circa numerum et differentiam tunicarum arteriae sententiis cf.

ALEX. MONRO (pat.) in *medical Essays and observations* Vol. II.

1. scil. extimo, quod tunicam cellulosam propriam vocabat Hallerus, neruofam Albinus, cartilagineam quondam Vesalius, alii tendinosam etc. Ex tela cellulosa stipata constat, exterius laxiore, quo propior vero sequenti, eo magis compacta; illic vasculis sanguineis perreptatur **); in vniuersum autem summum arteriae impertit tenorem et elaterem.

2. stratum medium ex fibris transuersis constat, figurae lunatae s. falcatae; substantiae quasi carneae, vnde tunica muscularis audit ipsique prae ceteris vitalis arteriarum vis ineisse videtur.

3. intima denique membrana, politissima et glaberrima superficie cauum arteriae inuestit.

Haec

DE LASONE in *Mém. de l'acad. des Sc. de Paris* a. 1756.

B. S. ALBINI *annotat. academ. L. IV.* pag. 30 sq. tab.
V. fig. 1.

VINC. MALACARNE *della osservaz. in Chirurgia Taurin.*
1784. 8. Vol. II. pag. 103 sq.

**) FR. RUYSCHE *respons. ad ep. problematicam III. it.*
thesaur. anat. IV. tab. III.

Haec in truncis et maioribus ramis
satis distincta; minus in tenerioribus ra-
mulis.

§. 73.

Quicquid autem est arteriae in corpore
humano id omne ex alterutro trunco prin-
cipe ortum dicit;

quorum alter est arteria pulmonalis,
quae ex antico cordis ventriculo orta in
pulmones abit (— *Tab. I. f g. h.* —)

alter est aorta quae a postico cordis
ventre orsa reliquo vniuerso corpori pro-
spicit (— *Tab. I. n. t.* —)

Hi trunci in ramos abeunt, rami in
ramulos & s. p.

§. 74.

Vulgata opinio fert per vniuersum sy-
stema sanguiferum ramos iunctim sumtos
capaciores esse trunco ex quo orti sint.
Vereor autem, vt haec nimis vniuersali-
ter enunciarint, imo vt subinde diametri
mensuram male cum ea areae confuderint,
qui ita statuerunt auctores; mihi faltem
non vna vice non in vasis cera infarctis,

quibus clari physiologi ad id genus experimentorum abusi sunt, sed ut res exigere videtur, in recentissimorum funerum intermeratis vasis periculum facienti, (v. c. in in-nominata et quae ex ea nascuntur carotide et subclavia dextris, tum in brachiali et in quas diuiditur radiali et cubitali,) ex diametro trunci et diametris ramorum triangulum rectiangulum enatum est, cuius hypothenu-sae quadratum ex vulgatissimo Pythagorico theoremate aequale erat summae quadra-torum baseos et catheti *).

Imo in minimorum ordinum arteriolis Hallerus ipse trunculis maiorem con-cessit capacitatem quam ramusculis; ita ut ad minimum vulgaris iste calculus neuti-quam vniuersalis, sed si vñquam sane ad paucorum faltem ordinum vasa restringen-dus videatur.

§. 75.

Singulis truncis ramisque *tonica* vulgo tribuitur figura, ac si nempe aduersa cordi basis

* v. d. KEMP l.c. pag. 51.

basis capacior esset auerso extremo. Sed et hoc hypotheticum videtur: cum curate id genus vasorum consideranti in vniuersum non nisi vere cylindricum appareat; extentque potius quarundam arteriarum exempla, quae progressu latefcant, quo v. c. mammariae internae pertinent, imo ipse aortae arcus, ad radicem suam angustior. In vniuersum etiam dilatari pauxillum videntur arteriae, maiores certe, antequam in ramos diuergunt.

§. 76.

Numerum diuisionum trunci arteriosi in ramorum et ramuscotorum progressiuam seriem, ad ultimos eius fines, nullo modo vniuersaliter determinari posse patebit consideranti ingentem varietatem, qua in diversis corporis partibus, visceribus maxime &c. vel citius, vel post plures demum diuisionum ordines ad ultimos limites pertingunt arteriolae.

Hinc diffensus auctorum quibus eiusmodi calculos inire volupe fuit, vbi v. c.

D 5

Keilius

Keilius ad 50, Hallerus ad 20 tan-
tum eiusmodi diuisionum numerat.

§. 77.

Post multifarias huiusmodi diuisiones,
tum et anastomoses quibus vicini arteria-
rum rami inuicem nectuntur, ad fines
demum suos pertingunt, quibus nempe
in *venarum* origines transeunt; ita ut con-
tinuo tramite limitibus vix definiendis in
eas abeentes reflectantur, vnde sanguis
iam venosus factus qui modo arteriosus
erat, versus cor reuehatur.

§. 78.

Etsi autem haec continua vasorum
vtriusque generis immediata coniunctio
infinitis corporis locis ad oculum vt di-
cunt, pateat, dubium tamen adhuc vi-
detur, num hic vnicus tantum et solus
arteriarum in venas transitus sit, an prae-
terea quibusdam faltem locis per interme-
dium quoddam parenchyma iste sanguinis
ex ultimis arteriolarum finibus in venarum
origines transitus fiat?

Sunt

Sunt sane phaenomena quaedam, quo
v. c. erectiones pertinent, et quo fortassis
etiam erubescientia referenda est, quae
eiusmodi mediatum vasorum utriusque
generis nexus saltem non improbabilem
reddunt.

§. 79.

Porro autem aliis plane generis va-
cula ex arteriolis passim ortum ducere
videntur; eaque maxime duplicitis indolis.
Serosa scil., adeo nempe angusta ut in ho-
mine sano non cruoris globulos, sed vehi-
culum tantum eorum (§ 69.) recipere va-
leant; tum vero etiam *secretoria*, quae
non nisi statutos humores fecernendos (§
4.) ex sanguinis arteriosi massa attrahant.

§. 80.

Quod ad priora attinet, quae *serosa* di-
ximus, monere oportet, neque de Boer-
haavianis fictitiis vasorum flauorum et
alborum ordinibus sermonem esse, quae
aeque fictitiae Leeuwenhoekii rationi
sextuplae globulorum sanguinis quondam
adapta-

adaptauerant: neque de Vieussenii et Ferreinii vasis neuro-lymphaticis, quibus viscera magnam partem constare contenderant hi viri, quae autem non firmiori niti talo videntur.

Sed de vasis decoloribus quae non nisi sanguinis impetu, in morbis quibusdam inflammatoriis quam vehementissime urgente; vel etiam naturae ope siphonis anatomici imitamento, in conspectum veniunt; eiusmodi sunt v. c. vasa cornea, vix nisi in funere hominum, qui chemosigravissima laborantes diem suum obierunt, cera replenda.

§. 81.

Secretoria e contrario vasa ab his diversa videntur et maxime visceribus secernentibus et glandulis conglomeratis propria, itidem subtiliore iniectione eruenda, quando v. c. parotidis arteriae impulsu, per Stenonianum ductum emanat. Sed de his infra ex professo differendi locus erit.

SECTIO

SECTIO VIII.
DE
VENIS SANGVIFERIS.

§. 82.

Qui per arterias in vniuersum corpus distribuebatur sanguis, eundem venarum ope exinde ad cor reuehi oportet.

Hae ut functione ita et structura valde opere ab arteriis differunt, si minimas exceperis quarum ab his discrepantia non adeo in sensus incurrit.

§. 83.

Sunt autem venae, si a pulmonali discesseris, arteriis in vniuersum capaciores; item ramosiores; decursu et diuisionum ratione multo inconstantiores; textura autem molliores, longe minus elasticae, attamen valde tenaces et mirum in modum expansiles.

§. 85.

§. 84.

Tunicae ipsis tenuiores, vt contentus sanguis quodammodo transpareat; etiam numero pauciores quam in arteriis, vtpote quae vnice ad cellulofam quandam, nervosae arteriarum quadantenus faltem similem, et intimam politissimam, qualis fere arteriarum quoque est, redeunt.

Muscularis non nisi truncis cordi proximis data est.

§. 85.

Ista intima autem in longe plurimis capaciorum venarum, quarum scil. diameter lineam circ. superat, passim in elegantissimae structurae valuulas, facile obsequiosas, facciformes abit, plerumque simplices, non raro bigatas, quandoque triples, ita dispositas, vt fundus facculi originem venae spectet, limbus vero cordi ex aduerso positus sit.

Defunt vero hae valuulae in quarundam partium venis, vt in iis encephali, pulmonum &c., item in vniuerso sistente vena portarum.

§. 86.

§. 86.

Venarum ramusculi (quos vero potius radiculas vocare oporteret) confluunt in ramos, hi demum in sex truncos principes.

binas scil. cauas, alteram superiorem
(- *Tab. I. a.* -) alteram inferiorem
(- *Tab. I. b.* -)

quatuorque venae pulmonalis truncos
(- *Tab. I. i.* -)

Vnica portarum vena id sibi priuum habet, quod truncus eius hepar ingressurus primo arteriae fere in modum in ramos diuidatur, quorum vero extremi furculi in cauae inferioris radiculas transeunt, sicque denuo in truncum coalescunt.

§. 87.

Quae de communi sententia circa lumina ramorum nimis vniuersaliter enunciata, quod nempe lumine trunci capaciora sint, aut de conica vasorum singularium figura, ad arterias dicta sunt (§ 74. 75.) ea ceteris paribus de venis quoque valent.

Sunt

Sunt et inter has rara exempla vasorum remotiore a corde loco capaciorum ; quo v.c. poplitea pertinet vbi condylos femoris transit.

Ita et quae de finibus arteriarum dicta sunt (§ 77. 78. 80.) mutatis mutandis ad origines quoque venarum referri poterunt.

S E C T I O I X .
D E
C O R D E .

§. 88.

Duplex ut vidimus (§ 65.) venas et arterias intercedit commercium : alterum scil. in extremis utriusque generis vasorum finibus (§ 77); alterum in fonte communis, corde nempe, quo trunci principes vniuersi systematis sanguiferi conueniunt.

§. 89.

Est autem cor *) primum quasi agens et mouens totius machinae humanae, ut potest

*) GUIL. COWPER *myotomia reformata* (posth.) Lond.
1724. fol. max. tab. XXXVI - XL.

RAYM. VIEUSSENS *traité nouveau de la structure du coeur.* Tolos. 1715. 4.

JO. DE SENAC *traité de la structure du cœur, de son action, et de ses maladies.* ed. II. (curante cl. PORTAL) Paris. 1777. II Vol. 4.

ROB. PERCEVAL *tentam. physiolog. de corde.* Edinb. 1780. 8.

E.

pote quod primariae vitali functioni, sanguinis scil. circuitui a quarta minimum inde post conceptionem hebdomade, ad ultimum usque vitae terminum subeundae, perpetua et vere miranda vi inferuit.

§. 90.

Sanguinem enim alternis vicibus ita mox recipit mox propellit ut primo eundem ex vniuerso corpore per vtramque venam cauam, superiorem nempe (— *Tab. I. a.* —) et inferiorem (— *b.* —) itemque ex propriis suis carnibus per venarum coronarium (— *w.x.* —) commune ostium valvula peculiari instructum **) in sinum anteriorem (— *c* —) ipsique appensam auriculam (— *d* —) recipiat, et exinde in ventriculum eiusdem lateris (— *e* —) deducat.

§. 91.

**) CASP. FR. WOLFF v. cl. de orificio venae coronariae magnae. in *Act. acad. scient. Petropol.* a. 1777. P. I.

PETR. TABARRANI de eod. argum. in *Atti di Siena* Vol. VI.

§. 91.

Ex hoc ventriculo antico s. vt quondam ad brutorum cordis rationem vocabant, dextro, per arteriam pulmonalem (*— f.g.h —*) quae veteribus vena arteriofa audiebat, in pulmones impellitur sanguis; unde redux quaternas intrat venas pulmonales (*— i —*), arterias venosas vocabant antiquiores; in communem ipsis sinum (*— k —*) annexamque huic auriculam (*— l —*) delatus, quae sinistra olim appellabant, rectius nunc postica.

§. 92.

Pergit dehinc in eiusdem lateris ventriculum (*— m —*) unde denique per arteriam aortam (*— n.t —*) in vniuersum reliqui corporis systema arteriosum simulque *) per arterias coronarias in ipsam cordis substantiam distribuitur.

§. 93.

Ex ultimis istius systematis ramulis in primas systematis venosi radiculas trans-

E 2 gressus,

*) cf. ACHILL. MIEG v. cl. *Specimen II. observationum botanicarum &c.* Basil. 1776. 4. pag. 12 sq.

gressus, vtramque denuo subit venam cavam, ex arteriis autem coronariis eiusdem nominis venas, et sic vniuersum quem prosecuti sumus circuitum iterato relegit.

§. 94.

Hunc autem sanguinis per cordis caua circulum et regularem successuum motum maxime dirigunt et tumultuariis eius regressibus praecaudent *valuulae* quibus ostia eius principalia cinguntur; ventriculorum nempe margines ubi sinibus suis proximi sunt, tum et duo magna ostia arteriosae ex iisdem ventribus orientia.

§. 95.

Ita annulus f. tendo venosus, qui limites sinus et ventriculi anterioris constituit, in huius cauum descendens in tres valuulas quasi tendineas abire videtur *), quarum singulæ quondam iterum tres apices tribuebant, easque inde valunlas triglochines f. *tricuspidales* vocabant, quae trabibus

*) EUSTACHII tab. VIII. fig. 6. — tab. XVI. fig. 3. —
SANTORINI tab. posth. IX. fig. 1.

trabibus carneis adhaerent, vulgo musculi
papillares dictis.

§. 96.

Simili modo limites sinus et ventriculi
postici constituit aliis id genus annulus,
in binas valuulas abiens *), quas ab ali-
qua formae similitudine *mitrales* vocauerunt.

§. 97.

Ostio autem cum arteriae pulmonalis †),
tum et arteriae aortae **) inhaeret ambitu
longe minor sed elegantis formae et car-
neis fibris instructa valuularum *semiluna-*
rium s. sigmoidearum triga.

§. 98.

Facile vero patet, quomodo his diuersi
generis valuulis cautum sit, ne sanguis
perturbato et confuso motu in ea caua
vnde aduenit, relabi possit. Obsequiofae
enim cedunt venienti sanguini. Obstant

E 3 autem

*) EUSTACHII tab. XVI. fig. 6.

†) EUSTACHII tab. XVI. fig. 4.

**) EUSTACHII tab. XVI. fig. 5. — MORGAGNI aduersari.

anat. I. tab. IV. fig. 3. — SANTORINI I. c.

autem quo minus retroagi possit, quod ab ipso reuersuro sanguine veli turgidi in modum expandantur et ita ostia claudant.

§. 99.

Quae in foetu cauae ascendentis ostio praetenfa est valuula Eustachiana, in homine nato longe plerumque plus minus sensim deletur, adeo ut tunc pristinae functioni vltro subeundae inepta reddatur; neque vero ea porro opus est, cum via sanguini per pulmones strata, redditui eius ex ipsis visceribus valuulis quas diximus semilunaribus caueatur et vrgens a tergo sanguis nonnisi praecedentem sequi possit.

Quodsi tamen contingit ut sanguinis e corde dextro in pulmones transitui impedimentum quoddam obstat, tunc et motu retrogrado e sinu dextro in venas cauas repellit haerentem sanguinem, pulsus docet venosus, in superiore earum praeter naturae ordinem tum obseruabilis.

§. 100.

Disputatum est, sinantne semilunares valuulae ventriculos omnimode et perfecte euacuari,

euaeuari, an relabatur potius aliqua sanguinis pars ab ipsarum expansione intercepta? *)

Obseruationes in ranis imo vero in pulli incubati corculo institutae, in ipsis quidem animantibus cor plane euacuari docent; vtrum vero et in ipso homine, eoque fano, res ita se habeat, nondum certo constat, quid quod si vnice structuram et mechanismum harum valuularum quales in dissecto corde se praebent, in physiologicis spectare liceret, contrarium magis probabile videretur.

§. 101.

Textura cordis plane peculiaris est. Carnea quidem sed maxime stricta et compacta, et a vulgato muscularum habitu mirum quantum abhorrens.

E 3 Fibra-

*) Ita post WETTERBRECHTVM aliosque, cl. FEL. FONTANA,
ricerche filosofiche sopra la Fisica animale. Florent.
1775. 4. pag. 101 sq.

Verum argumentis cl. viri respondit pridem HALLERUS in nouis litterar. Goettingensib. tum nuper quoque qui vernacula reddidit Fontanae librum cl. E. B. G. HEBENSTREIT. Lips. 1785. 8.
pag. 328 sq.

Fibrarum fasciculis constat, plus minus obliquis, hinc illinc singulariter ramosis, varia et mira directione contortis et vorticosis, certis stratorum ordinibus sibi invicem incumbentibus, in septo utriusque caui intermedio arcte compexis, cinctis ad basin ventriculorum filis cartilagineis quaternis quae, ut vniuersam fibrarum cordis texturam nupera cl. Wolffii industria curatius eruit *); et quae carneam ventriculorum compagem fulciunt quasi et a sinuum fibris distinguunt.

§. 102.

Hae vero carneae fibrae tum nervis suis mollissimis, tum vero maxime ingenti apparatu vasorum sanguiferorum, a coronariis ortorum, infinitis ramusculis undique perreptantur **), adeo ut Ruyfchius totam cordis fabricam mere contextam

*) Act. acad. scientiar. Petropol. pro a. 1780 sq. maxime a. 1781. P. I. pag. 211 sq. de textu cartilagineo cordis; s. de filis cartilagineo-officis, eorumque in basi cordis distributione.

**) Ruyfchius thesaur. anat. IV. tab. III. fig. 1, 2.

textam apparere ex sanguiferis vbiue fistulis scripserit.

§. 103.

Hacce autem tum structura (§ 90 sq.) tum textura (§ 101 sq.) cor ad perpetuos et aequabiles suos motus aptum redditur, qui in vniuersum adeo redeunt, vt alternis vicibus, modo atria modo ventriculi, mox systole constringantur, mox diastole relaxentur.

§. 104.

Et eiusmodi quidem rhytmum in ea contractionis dilatationisque vicissitudine seruant, vt quoties atria se constringunt, ad sanguinem ex pulmonibus et venis casvis reducem in ventriculos expellendum, hi ipsi eodem tempore relaxentur et ad recipiendam eandem sanguinis vndam appetunt; sequenti vero momento, quando nunc ventriculorum est, recenter impletorum, vt se constringant et sanguinem in binos arteriosos truncos propellant, relaxentur interim atria, nouumque denuo

E 5

ingur-

ingurgitent quasi aduenientem sanguinem venosum.

§. 105.

Systole ventriculorum, cui $\frac{1}{3}$ temporis vniuersi pulsus cordis impendi statuunt, maxime quidem ita peragitur, vt exteriora cauorum latera versus sepimentum intermediate constringantur, quod dextrum ventrem a sinistro separat; quae contractio, maxime si conicam horum cauorum figuram cogites, satis iam depletioni eorum sufficere videtur.

At enim vero praeterea quoque in ea systole apex cordis versus basin eius trahitur, vti non solum toties in animantibus tam frigidi *) quam calidi sanguinis
fed

*) In nullius animantis viuisectione cor sub systole sua vere breuiari luculentius vidi praeterquam in ea *cobubri natricis*, qua serpentis specie in sylvis urbanostrae vicinis quandoque 4 pedum longitudine capta et viua cultello subiecta, cor quauis diastole ad binas minimum lineas longitudine superabat systoles suae mensuram.

sed et in ipso viuo homine obseruatum est **).

Quae autem contrarium probare videtur vulgaris experientia, qua cordis apicem in systole sua mamillam sinistram ferire, ideoque prolongari potius videtur, nullam vim habere patebit consideranti, ictus istos vnicē debet tum irruentis in atria sanguinis venosi impetui, tum eo explosi e ventriculis arteriosi; quo vniuersum cor versus eam costarum regionem pellitur.

§. 106.

Qui autem systolica ista cordis contractione excitatur impetus sanguinis expulsi, cum arterioso systemate eundem excipiente ita communicatur, ut quaevis cordis systole in

**) Non absolute tamen necessariam esse eam longitudinis in systole cordis diminutionem, praeter alia doceor anatis corde fere toto quanto perfecte osse, quod ex liberalitate amicissimi C. F. MICHAELIS in collectionem meam transiit et a basi inde usque ad ipsissimum apicem continua ossescencia riget; in lateribus vero carneam seruauerat substantiam cuius ope lateralī motu ventres suos emulgere et sanguinem contentum expellere valebat.

in iis reliqui corporis arteriis, quae aut tactu explorari possunt et ad minimum $\frac{1}{8}$ lineae luminis sui diametro superant, aut quorum pulsus alio modo persentisci potest, ut v. c. in aure interna et oculo facile fit, singulare modo sensibilis sit, quem arteriarum diastolen vocant; de qua tamen, utrum nempe ipsarum arteriarum actioni tribui possit, infra quaerendi locus dabitur.

§. 107.

Vtut interim sit, id sane experientia docet, in sano homine pulsus quem vocant arteriarum modo quo cor mouetur exacte respondere perfecteque synchronum esse; quid quod et in morbosa pulsus intermissione uno eodemque temporis momento et cordis et arteriarum rhytmus cessat, eodemque momento denuo pergit.

§. 108.

Variat autem numerus pulsuum cordis in homine sano infinitis modis, maxime quidem respectu aetatis, tum vero etiam aliarum conditionum quae quauis aetate vale-

valetudinem cuius homini propriam constituant, ita ut certam circa eum normam definire impossibile sit. Liceat tamen ea afferre, quae nostro sub coelo *) in varia hominum aetate communiter expertus sum, ubi primis post natuitatem diebus in neonato quiete dormiente per minutum horae primum circ. 140 numerai pulsus;

anno 1º. ad finem vergente circ. 124.

2º. ad 110.

3º. et sq. ad 96.

aetate qua dentes lactei cadere solent ad 86.

pubertatis tempore circ. 80.

aetate virili ad 75.

circa sexagesimum aetatis annum 60.

in prouectioribus vero aetate vix duo reperi, quibus eodem senii gradu idem pulsuum numerus fuerit.

§. 109.

Sequiori sexui ceteris paribus pulsus frequentiores quam virili. Et

*) Parum differunt meae rationes ab iis quae GU. HERDEN ex anglico coelo exhibuit. v. *Medical Transact.* Vol. II. p. 21 sq.

Et si habitum corporis species, procerioribus hominibus pauciores quam paruis, id quod ipse in nanis et gigantibus expertus sum.

§. 110.

Quod vero eas pulsuum varietates spectat quae ex rebus vulgo sic dictis non naturalibus fluunt, clima frigidius lentiores eos facit, ita ut v. c. Groenlandorum ceteroquin bene valentium cor non nisi terdecies ad quadragies in minuto primo pulset *).

Post pastum vero frequentiorem fieri pulsuum, aequa ac post seminis iacturam, item per uigilio, aut corporis exercitatione aut animi pathemate, vulgo tritissimum est.

§. III.

*) Satis bene respondet huic obseruationi lento pulsuum eorum animalium quae hyemali tempore sopore perenni sepulta sunt. Criceto v. c. cui aestiuo tempore ad 150 pulsus sunt in minuto primo, si vero hyemalibus inenibus effossus fuerit, corculum eodem temporis spatio vix quinquagies pulsat. — cf. amicissimi SULZER *Naturgesch. des Hämfers* p. 169.

§. III.

Haec de pulsu sano, cuius tractationem potius ad cor tanquam ad fontem suum, quam ad arterias in quibus eundem explorare mos est, referre, naturae consenteum videtur.

Et ita quidem cor ad ultimum usque vitae halitum perpetuo tramite pulsat; tunc autem non omnes eius partes simul silent, sed dextro eius ventri cum appenso ipsi atrio ea est praerogativa, ut sinistro aliquamdiu superuiuat *).

Cum

*) Accidit tamen quandoque, et si rariissime, ut nimis sanguinis venosi congestione oppressum cor dextrum, contra naturae ordinem prius paralyticum fiat quam sinistrum; id quod haud ita pridem in cuniculi vivisectione expertus sum. Postquam enim (id quod in horum animalium timidiorum sectione viua solemne est) iam ab initio tumultuarius et perturbatus fuerat cordis rhytmus, ita ut subinde quaternae atriorum contractiones sibi raptim succederent immotis interim ventriculis, anterius cor filebat, cum posterius interim continuo pulsare pergeret. Octonis ita transactis minutis primis excidi cor, quod adhuc sinistra sui parte convellebatur, et aquae frigidae immersi, ubi eloto sanguine

Cum enim post extremam exspiracionem redeunti per venas cauas sanguini via sueta in pulmones, nunc collapso, praecludatur, interea autem sanguis iste quem ipsi cordi sinistro paulo antea reddiderant, iam per aortam expulsus sit et venosum sanguinem a tergo vrgeat; fieri aliter non potest, quam quod hic versus cor praeceps datus et quasi arietans feriat atrium dextrum: et quod hoc ipsum contra eius impetum luctet adhuc aliquamdiu, postquam iam sinistrum cor vita defunctum est.

§. 112.

sanguine contento istins quoque dimidi motus omnis cessabat. Cum vero tribus iterum minutis lapsis cor quod iam non amplius irritabile videbatur, volae manus calidae imposuisse, denuo idem ventriculus sinister per plura minuta pulsare incepit, eti dexter, et utriusque lateris atria immota manerent.

HALLERI celebre experimentum, quo, ligatis in animante viuo venis cauis, et secta eidem arteria pulmonali effecit, ut cor sinistrum itidem superuinueret dextro, ad sequentem potius pertinet sectionem.

§. 112.

Ex eadem autem postrema sanguinis
sub agone versus cor dextrum congestione,
per se ratio fluit, quare maiores arteriae
post mortem minus repletee appareant. †)

Eidemque etiam cauffae maiorem am-
plitudinem cordis dextri, qua in adulti
maxime hominis funere, sinistrum exce-
dere

†) Tritissimum et hodie explicatu facillimum phaeno-
menon ERASISTRATO quandam imposuisse ut spiri-
tum inde arteriis inesse opinaretur, ieunae eius
aevi physiologiae indulgenter tribuendum.

Sed et nostris temporibus extitisse virum qui
eas obsoletas fallacias recoqueret, imo vero rara
pertinacia non uno libello defendere auderet, mi-
rabuntur posteri.

Inter alia quibus a physiologice doctis popu-
laribus suis refutatus est, opuscula, maxime huc
spectant:

cl. P. MOSCATI *osservazioni ed esperienze sul sangue
fluido, e rappreso &c.* Mediol. 1783. 8.

et cl. BASS. CARMINATI *Risultati di sperienze, e offer-
vazioni sui vasi sanguigni, e sul sangue,* Ticin.
1783. 4.

dere constat †) post Weissium ‡) tribuere studuit cl. Sabatier *).

§. 113.

Vniuerso autem quem hactenus prosecuti sumus cordis motui limitando et quasi dirigendo inseruit denique *pericardium*, cui tanquam carceribus suis inclusum laxe inhaeret.

Saccus est membranosus, satis capax, figurae contenti cordis accommodatus **), a mediastinis ortus, qui etsi satis tener videatur, adeo tamen tenax est, ut ex Wintinghami experimentis omnes alias id genus membranas in corpore humano firmitate longe superet.

Ad summi autem momenti partes pertinere pericardium vel ex eo colligitur,
quod

†) SAM. AVRIVILLIUS *de vasorum pulmonalium et cava-
tum cordis inaequali amplitudine.* Goetting. 1750. 4.

‡) JAC. NIC. WEISS *de dextro cordis ventriculo post
mortem ampliori.* Altorf. 1767. 4.

*) ANT. CHAVM. SABATIER E. *in vini animalibus ven-
triculorum cordis eadem capacitas.* Paris. 1772. 4.

**) v. HALLER *elem. physiol.* Tom. I. tab. I. fig. I. 2.

quod aequa late per animalium rubro sanguine praeditorum classes patere videatur ac cor ipsum *); et vix unum alterumque extet exemplum cordis humani omni pericardio contra naturam plane orbi; quale est quod Dinklerus memoriae prodidit **).

§. 114.

Rore ferofo madet, quem ipsa cordis vascula arteriosa exhalare videntur.

F 2 Neque

*) De hystrice erinaceo mira est diffensio anatomicorum, quorum alii pericardium ipsi negant, alii tribuunt. Ex horum numero sunt LANCISIVS, HALLERVVS &c. Ex istorum vero post BLASIVM, PEYERVM, HARDEVM, maxime cl. OCTAVIAN. TOZZETTI (*in patris Relaz. d'alcuni viaggi in diverse parti della Toscana* ed. 2. Tom. VII. pag. 166 sq.). Medium inter utramque sententiam tueri videtur DUVERNEIUS, qui erinaceo mediastinum esse pro pericardio scribat.

Saepius iteratis erinaceorum dissectionibus vidi huic animantium generi in uniuersum pertenue esse et minus definitae formae pericardium, a vicina mediastini tela laxiore ortum: quandoque vero adeo tenuissimum et non nisi tenerrimis et laxis cellulis conflatum, ut vix genuini pericardii nomen mereatur.

**) v. cl. SANDIFORT *Natuur- en geneeskundige Biblio-*
theek Vol. II. pag. 661.

Neque dissimilis humor pari modo in ipsas cavitates cordis transfudare ipsarumque parietes illinire videtur.

Vterque in statu fano serofae indolis est, cui non nisi inflammato corde lympha quoque exfudans succedit, quae vero in extima cordis superficie pilos vulgo sic dictos et pericardii cum ipso corde concrementa, in interioribus vero istis cauis, polypos genuinos (§ 19.) gignit.

SECTIO X.

DE

VIRIBVS SANGVINEM
PELLENTIBVS.

§. 115.

Consideratis hucusque quibus sanguis continetur organis, iam de viribus agendum est quibus eadem ad eundem promouendum instructa sunt.

Et primo quidem eas rimemur quae cordi insunt, et procul dubio omnium principes et longe maximae censeri debent, tum vero ad secundarias progrediamur et subsidiarias, quae cordis actionem non parum fane adiuuare videbimus.

§. 116.

Cordis vires curato calculo subiici nequire facile patebit consideranti, neque volumen proiecti ab ipso uno pulsu sanguinis,

guinis, nec stadii quod haec proiecta vnda percurrit mensuram, nec temporis quo delabitur celeritatem, rite constitui, multo minus vero obstaculorum certam rationem iniri posse, quae cordis viribus iterum multa demunt & f. p.

§. 117.

Circiter tamen quodammodo aestimari potest cordis potentia, inuicem collatis, quae de his omnibus probabili coniectura constant; ita v. c. si media ratione (§ 23) sanguinis molem ponimus librarum 33 = vnc. 396; pulsuum autem numerum facimus = 75 in minuto primo, scilicet 4500 singula hora (§ 108); et quauis ventriculi sinistri systole expelli ab eo sanguinis vniuersitas 2 credimus; sequetur, quauis hora vniuersum sanguinis pondus circ. $22\frac{3}{4}$ vi- cibus cor transiisse.

Impetum autem quo transiens iste san- guis a contractis cordis carnibus propelli- tur, praeter propter colligere licet ex mi- randa violentia et altitudine quibus maiori arteria;

arteria, cordi vicina, vulnerata sanguis ex ea subfultim prorumpit; vtpote quem v. c. ex adulti hominis carotide sub primis cordis contractionibus minimum ultra 5 pedum mensuram profilire vidi *).

§. 118.

Quodsi vero porro fontes eruendi sunt,
qui cordi tantum roboris, idemque tam
perpetuum et aeuiternum, impertiunt,
prima et princeps nominanda venit eius

F 4 *irrita-*

*) HALESI experimenta, quibus sanguinem profiliensem tubis vitreis eisque praelongis exceptit, quos arteriis viuorum animantium applicauerat, tuncque altitudinem saltus metitus est, ea quidem, ut omnia viri ad huiusmodi disquisitiones nati, elegantia sunt. Quodsi tamen exinde vires cordis ponderare volueris, meminisse oportet, quantum in iis experimentis sanguinis columnna, quae in tubi cauo suspensa haeret et exitus nescia, ventriculo sinistro cordis incumbat, eundem grauet &c.

HALESII calculi interim eo rediebant ut sanguinem ex humana carotide ad altitudinem 7 pedum cum dimidio prossilire poneret, superficiem ventriculi sinistri aequalem faceret 15 vnciis quadratis, sicque columnam sanguineam constitueret quae pondere librar. 51. 5. eidem ventriculo incunbat, eiusque systole vieta propellatur. *Statistical Essays*, Vol. II. pag. 40. ed. Lond. 1733. 8.

irritabilitas (§ 44), qua scil. maxime quod diuturnitatem eius spectat (§ 89), omnes reliquas humani corporis partes musculofas longissime superare, euictum est *).

Et quidem ipsos cavitatum parietes ab aduena sanguinis vnda irritari et ad systolen subeundam instigari celebri Halleri experimento constat, cuius supra obiter meminimus [pag. 80. n. *]) et quo pro arbitrio siue dextris siue sinistris cordis partibus diuturnioris motus praerogativam concedere poterat, quodsi nempe alterius lateris partibus stimulum suum, sanguinem scil. prius detraxerat †).

§. 119.

Sanguinis tum quantitate rite constituta, tum qualitate intemerata, actio eius in cor, huiusque in eundem reciproca reactio

* v. de ea cordis praerogativa subtiliter disputantein cl. FONTANAM l. c. qui eam limitare quodammodo voluerat. Sed et his pridem respondit HALLERVS in indice litterario Goettingensi.

†) v. HALLER de motu cordis a stimulo nato. in Commentar. soc. scient. Goettingens. Tom. I.

reactio tam aequabiliter et regulari facilitate procedit, ut quieto homini vix ullus ex eius circuitu sensus oriri debeat.

Quodsi vero aut multitudine sanguinis
oppletur, aut inopia eius laborat, maxi-
me vero vbi cuiusque generis heterogenea
v. c. miasmata morboſa, aut elatiſcus aér,
aut pharmaca venis infusa &c. vitali iſti-
latici admixta fuerint, cor exinde ſiue ex-
agitatum contra naturam, ſiue debilitatum,
functiōni ſuae rite ſubeundae impar, mul-
timodis a ſtatuto motus ſui tramite defle-
ctit; quid quod et eiusmodi aliena, vt aér
venis inflatus &c. haud ita pridem mortui
animalis cor iners denuo in motus fuos
redigere valent.

§. 120.

Disputatum autem est, et quidem numeris maxime temporibus, anne summa ista cordis irritabilitas ipsis sui carnibus insita fit, anue potius ab aduentitia et quidem, ut clari nominis quibusdam viris plau- cuit, a neruorum in eas influxu deriuau-

dus? Infra opportunus dabitur locus de vniuersa ea disquisitione differendi, vbi ad doctrinam de iritabilitate musculari per ventum erit, ad quam nempe proxime spectat. Heic interim monuisse sufficiat, nos quidem iudicis magis magisque persuaderi, esse irritabilitatem peculiarem plane, fibrae musculari vnicce propriam vis vitalis speciem, a neruea vi probissime distinguendam (§ 44. 45). Ab altera autem parte non minus extra omnem disputationis aleam positum videri, esse quoque praeterea satis magnam *neruorum* in cordis actionem imperium; id quod tum *neruorum cardiacorum* peculiaris habitus, mollities, et quasi nuditas, ac plexuum eorum singularis dispositio *), tum vero maxime ingens cordis cum longe plurimis,

vel

* cf. praeceptoris mei in disciplina anatomica, desideratissimi, plentissimi, Jo. ERN. NEVBAVERI *descriptio nervor. cardiacorum* Jen. 1772. 4. tab. I.

v. HALLER ad figuram cordis lateris sinistri ANDERSCHII discipuli sui, diuinatio. in nov. *Commentar. soc. scient. Goettingens.* Tom. II. tab. ad pag. I.

vel diuersissimi ordinis functionibus humani corporis consensio demonstrat; cuius rei testimonio, ne multus sim, vel vnice animi pathematum ad vnum omnium vel in sanissimo homine, tum et primarum viarum in multis aduersae valetudinis generibus, cum corde momentaneam sympathiam nominasse sufficiat.

§. 121.

Verum praeter hasce vitales cardis vires, alia quoque ipsi inest, mechanica ab eius structura pendens, quae itidem ad sustinendum sanguinis circuitum haud parum valere videtur. Contractis nempe systole sua cavitatibus eius, et sanguine inde expulso, vacuum oritur, in quod ex vulgata *derivationis* lege, vicinum sanguinem irruere oportet; cum enim regressui propulsae vndae valuulae obstant, nihil superest quam quod sanguinem ex venarum truncis aduenam deglutiant quasi et ingurgitent *).

§. 122.

*) ANDR. WILSON's *Enquiry into the moving powers employed in the circulation of the blood.* Lond. 1774.
8. pag. 35 sq.

§. 122.

Iam vero inquirendum anne et quae-nam praeter cor ipsum ad sanguinis in orbem motum promouendum reliquis ipsius circuitus organis concessae sint vires; quales vel a priori, vt vocant, fūspicari licet, cum parum probabile videatur na-turam functionem principem a qua ani-malium sanguiferorum vita proxime pendet, vnico tantum organo commisisse, cuius vitia tunc nimis faciliter fatalia ipsis ce-dere debuissent. A posteriori autem exi-stentia eiusmodi virium, quas secundarias vocare licet, et quae cordis actionem vel subleuare, vel subinde fere totam com-pensare valeant, non uno argumento pro-batur; quo v.c. motus sanguinis in eius-modi partibus pertinet, ad quae cordis ipsius vires vix ac ne vix pertingere pot-erunt: qualis est qui in hepatis systemate venoso, aut in placenta vterina obserua-tur; vt numerosa taceam exempla fetuum absque ullo cordis vestigio natorum*) & f.p.

§. 123.

*) cf. v.c. CAR. WERN. CVRTIVS de monstro humano cum infante gemello L.B. 1762. 4. p. 39 sq. fig. 4.

et

§. 123.

Et huc quidem in primis *arteriarum* functiones pertinere earumque ad sanguinis circuitum promouendum non minimae potentiae esse videntur: et si genuina earum in sanguinem agendi ratio et modus nondum ad liquidum demonstrari possit.

In vniuersum enim haud exigua arterias intercedit cum ipso corde similitudo: tunicam v.c. ipsis esse muscularem (§ 72.
2) tritissimum est.

irritabilis porro earum natura post egregios cl. Verschuir labores *) vulgo innotuit.

et vti singularis nervorum cardiacorum ad ipsum cor ratio est, ita et hinc illinc †)
insignio-

et pluribus v. HALLER *opera minora* Tom. III. p. 33.
it. Gu. COOPER in *pivilos. Transact.* Vol LXV, p. 316.

*) GUALTH. VERSCHUIR *de arteriar. et venar. vi irritabili: eiusque in vasis excessu: et inde oriunda sanguinis directione abnormi.* Groning. 1766. 4.

†) cf. v.c. in cl. WALTERI *tabulis nervor. thorac. et abdominis hepaticam dextram tab. II. O. tab. III. I. — lienalem tab. II. P. tab. III. m. tab. IV. o. — mesen-*

insigniores arteriarum rami miris nervorum mollium retibus ambiuntur *).

§. 124.

Denique et pulsare arterias neminem fugit, et quidem vehementer pulsare, ita ut v. c. popliteae pulsus, si alterum crus alterius genu imponimus, non modo istud ipsum sed et longe maius pondus simul cum eo subsultim eleuare possit; imo vero a longo inde tempore tum systolica contractio tum diastolica remissio ipsis tribuitur, quam alternis vicibus simili rythmo cordis respondere aiunt.

Verum hoc ultimum etsi ipsorum sensuum nudo testimonio confirmari vulgo creditur, non unius tamen generis adhuc premitur dubiis **): maxime si quaeritur
anne

mesentericam superiorem tab. II. Q. tab. III. s. — mesentericam inferiorem tab. II. T. — aliasque plures.

*) HALLER de nervor. in arterias imperio Goetting.

1744. 4.

**) TH. KIRKLAND'S Inquiry into the present state of medical Surgery. Lond. 1783. 8. Vol. I. p. 306 sq.

anne haec micatio quam explorans digitus
fentit propriae arteriarum vi sit tribuenda,
an vero non nisi cordis impulsu; ita ut
arteriae motus vnicē ab impetu pendeat,
quo sanguis in aortam proicitur, eiusque
latera premit.

Viuisectiones huic liti discernendae
haud sufficiunt. Est enim quod in cali-
dorum animantium viua sectione arteriae
maiores pulsare, est et quod easdem alia
vice immobiles videoas *). In ipso homine
viuo et aortae et arteriae pulmonalis trun-
cos vicinos motu caruisse, aliquando ob-
seruandi occasio fuit: sed, quod addere
oportet, in fabrica monstrofa id erat. Sunt
etiam arteriae, quas saepe vehementer
pulsare sentimus, et quas tamen fere im-
mobiles esse anatome docet, cuiusmodi est
carotis cerebralis, petrosi ossis canali in-
fixa & s. p.

§. 125.

*) cl. DE LAMYRE *recherches sur la cause de la pulsation
des artères &c.* Montpel. 1769. 8.

§. 125.

Omnibus rite pensitatis, res eo redire videtur, vt *diaſtole* quidem arteriis maioribus natura sua conueniat, eaque irruenti cum impetu sanguini tribuenda sit, qui tunicas earum expandat *), quae momento post ad natuam faltem crassitatem redeant; vtque eidem impulsu lateralis quoque axis motus tribuendus sit, quem in arteriis maioribus, quodſi serpentina flexione decurrunt, et laxiori cellulofae inhaerent quandoque obſeruare licet.

Genuinam vero *systolen* f. ex natuā ista crassitie in arctiorem conſtrictionem ipsas in ſtatū ſano vix vllam exercere putamus, quamdiu nempe cor functioni ſuae rite ſubeundae, ſufficit: vtique vero eas ea facultate pollere concedimus, corde aut deficiente aut vitioſa oſſificatione alioue morbo laborante, vbi tunc vices eius ab arteriis fufſineri,

*) cl. ARTHAUD *Difſ. ſur la dilatation des artères* Par.

1771. 8.

cl. JADELOT *Mém. ſur la caufe de la pulsation des artères*. Nancej. eod. 8.

sustineri, sanguinemque vitali earum vi propelli probabile est.

§. 126.

Cum porro vires cordis ad vasa sanguifera minimi ordinis, ad fines sc. arteriarum, et radiculas venarum neutiquam pertingere posse persuasum esset egregiis quibusdam physiologis, maxime Whytio *), sanguinis promotionem in ea systematis parte *oscillationi* cuidam vasorum continentium minimorum commiserunt, cuius ope contenta propellantur; eodemque fibratili motu haud infeliciter quoque vni sunt ad demonstrandam inflammationis naturam &c.

Et reuera sunt non vnius generis phaenomena tam physiologica, qualia ad calorem animalem dicentur, quam pathologica, in spasmis, praesertim febrilibus obser-

* cf. EJ. *physiological Essays, containing an inquiry into the causes, which promote the circulation of the fluids in the very small vessels of animals &c. &c.* ed. 2. Edinb. 1701. 12.

obseruanda, quae huiusmodi oscillatoriae facultati fauere videntur, etiam si oculo armato in viuificationibus nulla usurpari possit.

§. 127.

Restat iam *venarum* quoque quicquid, praeter radiculas earum supereft, adminicula scrutari, quibus ad reuehendum tandem cordi sanguinem instructa sunt. Et his quidem primo intuitu longe minus actiuarum virium quam reliquis systematis sanguiferi partibus inesse, quid quod refluxus vitalis laticis in ipsis contenti versus cor maxime impetui a tergo vrgentis sanguinis arteriosi, et valuulofae earum structurae, quae relapsum sanguinis impediat, tribuenda videtur; quarum quippe valuularum ad sanguinis flumen iuuandum efficaciam demonstrant stases et infarcitus iis venarum infimi ventris systemibus solemnium, quae valuulis destituuntur.*)

At

*) G. E. STAHL *de vena portae porta malorum.* Halae
1698 4.

At enim vero inesse nihilominus etiam venarum truncis vitales quasdam vires, non uno argumento fit probabile; vt venarum hepatis exemplo, et placentae veterinae (§ 122) &c.

Sed et experimenta a cl. Verschuir primum instituta vitali venarum vi fauere neminem fugit.

Et esse reuera venarum extremis truncis musculare stratum supra tetigimus (§ 84).

§. 128.

Et hae quidem sunt vires sanguinem pellentes primariae et ab ipsa vasorum eundem continentium structura pendentes. Taceo enim quae aut pondus aut attractio aut aliae eiusmodi communes corporibus proprietates in eundem agere valent.

Sed et remotiora huius functionis administricula omitto, quae homini nato ab aliis naturae suae functionibus, respiratione v. c. aut musculari motu &c. accedunt.

S E C T I O X I .

D E

R E S P I R A T I O N E

E I V S Q V E

V S V P R I M A R I O .

§. 129.

Qui cordi tam loci vicinitate †) quam functionis mutuo commercio valde coniuncti sunt, *pulmones*, viscera sunt bina, in homine nato ampla, sed pro voluminis ratione leuia, ita ut aquae innatent, spongioso imo quasi spumoso, attamen simul satis tenaci parenchymate contexta *).

§. 130.

†) EUSTACHII tab. XV. fig. 1-6.

*) Primus curatius in pulmonum naturam inquisivit MALPIGHIVS epistolis II. de iis ad Borellum datis. vtor editione subiuncta TH. BARTHOLINI *de pulmonum substantia et motu diatr.* Hafn. 1663. 4.

Breuem horum viscerum notitiam ex bonis fontibus collegit cl. G. FR. HILDEBRANDT *diss. de pulmonibus* Goett. 1783. 4.

§. 130.

Replent pulmones vtrumque thoracis cauum, pleurae faccis contigui *), quibus se aequa ac reliquis thorace contentis partibus tanquam modulo applicant et accommodant.

G 3

§. 131.

*) Celebres sunt triumphi, quos HALLERVS, maxime ab a. inde 1744-52. de HAMBERGERO egit, qui memorabili contumacia, tam elasticam serein in thoracico cauo, quam vtriusque generis intercostalium muscularum antagonisimum defendere ausus erat. Adeant quorum interest de ea lite

G. ERH. HAMBERGVR de respirationis mechanismo et usu genuino diss. una cum scriptis, quae ad controversiam de mechanismo illo agitatam pertinent. Jen. 1748. 4.

HALLER Mém. sur plusieurs phénomènes importans de la respiration; fondé sur les expériences; ad calcem operis sur la formation du cœur dans le poulet &c. Lauf. 1758. 12. Vol. II. pag. 201-364.

C. F. T. (cl. TRENDELENBURG patr.) continuatio controveriae de mechanismo respirationis Hambergeriano &c. Goett. 1749. 4.

EJ. fernere Fortsetzung der Hallerischen und Hambergerischen Streitigkeiten vom Athemholen. Rostoch. 1752. 4.

Relationes Goettingenses de libris nonis Vol. IV. pag. 477 sq.

§. 131.

Pendent quasi e spiritali fistula quam *asperam arteriam* vulgo dicunt, quae praeter tunicam intimam, muco sublitam, et huic subiacentem nerueam, maxime sensilem, ex musculosa constat quae nerueam ambit, et praeter posticam faciem arcibus falcatis cartilagineis inconstantis numeri, distinguitur.

§. 132.

Ipsa vero haec aspera arteria postquam thoracem ingressa est primo in *bronchiarum* truncos bifurcatur, hae vero, prout altius in pulmonum lobos, horumque lobulos penetrant, magis magisque denudo in ramos hique iterum in ramusclos iterata divisione abeunt, evanescensibus simul tam cartilagineis annulis, quam musculari tunica, donec denique extremis suis finibus in ipsas eas cellulas terminantur, quae maximam et principem pulmonum substantiam constituunt, utpote quae animam quam ducimus alternis vicibus recipiunt et emittunt.

§. 133.

§. 133.

Cellulis autem istis aëreis neque forma
neque magnitudo *) eadem videtur. Ista
in vniuersum polyedrica. Haec, si super-
ficiei earundem amplitudinem spectes, vix
definienda **); si vero capacitatem, ea
in pulmonibus adulti hominis valide in-
spirantis, ad 60 circ. vncias cubicas redi-
bit; ingens enim magnitudo ad quam
aperto thorace inflati pulmones exorbitare
possunt, non huius loci est.

§. 134.

Ambiuntur autem et inuicem nectuntur hae cellulae aëreæ vulgari ista sed tenerrima tela cellulosa, quam vniuersi corporis commune vinculum constituere nouimus. Vtriusque vero generis cellulas probe distinguere oportet. Aëreas istas in sanis et recentissimis humanis pulmonibus ita distinctas et separatas vidi, vt

G 4 spiritus

*) KEILIVS luxurianti suo iatromathematico indulgens
genio vltra 174400000 cellulas trique pulmoni
tribuebat.

**) LIEBERKÜHNIVS superficiem cellularum aërearum pulmonum aequalem faciebat 1500 ped. quadratis aequae hyperbolice.

spiritus tenerrimo bronchiarum ramulo caute inflatus singularem saltem cellularum regionum eleuaret, neutiquam vero exinde vel in ipsi vicinas cellulas, vel in vulgarem eam telam cellulofam penetret, quae istic aëreis cellulis interiecta est. Quodsi vero animam vseris, ruptis aëreis cellulis, et cum ambienti tela cellulosa confusis, facile hanc vltro permeat, tumque vniuersus pulmo inflari videtur.

§. 135.

Ipsam hancce tenerrimam telam cellulofam, quae aëreis pulmonum cellulis interiacet, perreptant infinitae propagines vasorum pulmonalium vtriusque generis, arteriae sc. (— *Tab. I. f g. h.* —) et quatuor venarum (— *Tab. I. i* —), quorum rami bronchiarum ramos comitantur *), postea autem toties repetita diuisione demum in immensi plane numeri reticulatas anastomoses exilissimae subtilitatis abeunt. Haec stupendae sene fabricae reticula, vndique istam telam cellulofam penetrantia

*) EUSTACHII tab. XXVI. fig. 13.

trantia, aëreas cellulas arcte cingunt, ita ut insignis ea sanguinis moles, quae continuo tramite ista vascula permeat, non nisi tenuissimis membranulis (quae vix millesimam pollicis partem crassitie aequare statuebat Halefius) ab inspirati aëris contactu seiuncta sit.

§. 136.

Vti vero singulis bronchiarum ramisculis proprium esse cellularum aërearum quasi racemum vidimus (§ 134), ita et singulis cuiusvis racemuli cellulis proprium quasi esse videtur systema vasculorum sanguiferorum, cuius ramusculi inuicem quidem in miranda ea reticula nectuntur, quibus vero vix vlla cum vicinorum racemulorum vasculis anastomosis intercedere videtur. Docent haec ni fallor tam obseruationes microscopicae in ranarum et serpentum viuorum pulmonibus institutae, quam subtiliores humanorum pulmonum iniectiones, quin et phaenomena pathologica in vomicis aliisque id genus topicis pulmonum vitiis spectanda.

§. 137.

Insignis denique memorandus quoque venit apparatus vasorum lymphaticorum, quibus maxime communis tunica pulmones cingens est reticulata, et ad quae numerosae pertinent glandulae lymphaticae s. congregatae, ab alterius ordinis vicinis glandulis quas bronchiales vocant, quibuscum vulgo male confunduntur, probissime distinguendae *).

§. 138.

Thorax quo pulmones continentur fundamento constat osseo et cartilagineo, caueae quodammodo simili, quod in universum quidem satis firmum est et stabile, ita tamen, ut pleraque eius partes plus minus obsequiose, motibus quos respirationis negotium exigit, aptae fiant **).

Maxime

*) cf. cl. PORTAL in *Mém. de l' Ac. des scienc. de Paris*
a. 1780.

**) Genuinum thoracis mechanismum et motum pri-
mi curatius indagarunt praeterito saeculo
Jo. SWAMMERDAM, vir summus, *tract. de respiratione*
usque pulmonum. L.B. 1677. 8.
jo.

Maxime id valet de sex genuinarum costarum paribus, quae supremo pari subiecta, et eo mobiliora sunt, quo inferiora, seu quo longiora tam ipsa eorum corpora, quam appendices eorum cartilagineae, quibus amphiarthrofeos specie cum sterni marginibus utriusque lateris iuncta sunt.

§. 139.

Marginibus harum costarum interiacet duplex muscularum intercostalium stratum diuersae quidem fibrarum directionis, vna vero eademque actione consentiens.

Basi

JO. MAYOW, cuius laudes infra dicentur, tract. de respiratione &c. Oxon. 1668. 8.

MALACH. THRUSTON de respirationis usu primario. Lond. 1670. 8.

HALLERI de eo capite merita modo tetigimus.

E nuperioribus praeter eum maxime memorandi veniunt cl. J. G. AMSTEIN (praef. Oettinger) de usu et actione muscular. intercostalium. Tubing. 1769. 4.

cl. THEOD. FR. TRENDLELENBURG fil. de sterni costarumque in respiratione vera genuinaque motus ratione. Goetting. 1779. 4.

BORDENAVE et cl. SABATIER in Mém. de l' Ac. des scienc. de Paris a. 1778.

Basi autem totius caueae fornicis in speciem subtentum est diaphragma *), memorabilis musculus, et, ut Halleri vocibus vtar, post cor facile princeps; cuius ad respirationis mechanismum partes, pridem egregiis viuisectionibus demonstrante magno Galeno **), maxime a phrenico neruo †) pendere videntur.

Antagonistico motu plerumque alternat cum abdominalibus musculis, obliquis praesertim vtriusque ordinis et transuersis.

§. 140.

*) HALLER *de musculis diaphragmatis* Bern. 1733. 4.

ID. *icon. anatom.* fascic. I. tab. I.

B. S. ALBINI *tab. muscular.* tab. XIV. fig. 5. 6. 7.

J. G. RÖDERER *de arcubus tendineis muscular.* progr. I.
Goetting. 1760. 4.

SANTORINI *tab. posth.* X. fig. I.

**) *De anatomicis administrationibus* L. VIII. cap. 8. sed totus liber experimentorum ad respirationem spectantium ditissimus est.

†) EPHR. KRÜGER *de nervo phrenico* Lips. 1759. recus.
in cl. SANDIFORT *thesauro* Tom. III.
cl. WALTER *tab. nervor. thorac. et abdominis.* tab. I.
fig. I. n. 1.

§. 140.

Ita ergo instructus thorax in nato homine viuo alternis vicibus sub quauis inspiratione dilatatur, insequente vero exspiratione, denuo in arctiorem formam restituitur.

Et inspirando quidem maxime versus latera, et deorsum ampliatur, ita ut corpora earum quae diximus costarum (§ 138) eleuentur, inferiorque earum margo quodammodo extrorsum agatur; diaphragmatis vero fornix simul aliquantum deprimitur et planior fiat.

Quae vero de sterno contendunt, quod eodem tempore inferiore sui parte antrorum agatur, id quidem in tranquilla sani hominis respiratione nunquam obseruare potui.

§. 141.

Et hic quidem alternus thoracis motus in homine sano et qui suae spontis est, inde a partus hora ad ultimum usque vitae

vitae halitum per totam vitam eum in finem continuatur, vt pulmones ipsi, simili perpetua vicissitudine ad hauriendum spiritum expandi, postque ad emittendum eundem denuo cogi possint.

§. 142.

Tenetur enim homo cum reliquis calidi sanguinis animalibus ea necessitudine, vt aërem hauustum non diu retinere possit, sed paulo post iterum dimittere et cum nouo haustu huius vitalis pabuli, vt ab antiquissimis inde temporibus aër audiebat *), commutare debeat. Siquidem vulgatissima constat obseruatione, accidere inspirato et intra pulmones contento aëri etiamsi purissimus fuerit, breui temporis momento eiusmodi memorabiles mutatio-

nes

* Quam antiquissima sit aëris tanquam *vitae pabuli* notio vel ex l. de flatibus constat, qui inter Hippocraticos fertur, cuius auctor triplex humani corporis alimentum statuit, cibum sc., potum et aërem; hunc vero postremum ideo tanquam *vitale pabulum* a reliquis duobus distinguit, quod non sine vitae discrimine vel exiguo tempusculo eo carere possumus.

nes quibus plane inquinatus et nisi renovatus iteratae inspirationi ineptus reditur. †).

§. 143.

Quaeritur autem cuiusmodi ergo sint haec mutationes, quas aëris inspiratus in pulmonibus patitur, et quas minime, ut quondam fiebat, ex nescio qua elateris iactura, sed ex elementorum decompositione deriuare licebit. Est enim atmosphaericus quem spiramus, aëris, mirabilis plane mistura diuersi maxime generis elementorum, quippe qui, ut tot heterogenea taceam, qualia sunt v. c. aërea simplicissimarum plantularum seminia, effluvia odorantia, pulueres aliaque sexcenta, quae plerumque

†) cf. magni HARVÆI de *succi alibilis aërei necessaria renovatione*, cum celebri astronomiae Prof. Jo. GREAVES disputationem, in huius *Description of the pyramids in Aegypt.* pag. 101 sq. ed. Lond. 1646. 8.

it. immortalis eius popularis EDM. HALLEY *Discourse concerning the means of furnishing air at the Bottom of the Sea in any ordinary Depths.* in *Philos. Transact.* Vol. XXIX. No. 349. pag. 492 sq.

que atmosphaerae innatant,) nunquam non aqueis vaporibus plus minus grauidus est, neque vñquam electrica et magnetica materie destitutus; et qui ipse denique, etsi ab his omnibus discesseris, tamen iterum ex non vnius generis aëriformi substantia compositus est, dephlogisticata sc., phlogisticata et fixa.

Proportio autem horum elementorum pro diuersitate locorum et ratione corporum, maxime organicorum, in iis degentium valdopere variat; vulgo interim statuitur inesse plerumque atmosphaerico aëri circ. $\frac{1}{4}$ dephlogisticati aëris, $\frac{11}{16}$ phlogisticati et $\frac{1}{16}$ fixi. *)

§. 144.

*) Fixus vero aér et phlogisticatus iterum non nisi gradu ab iniucem differre videntur. Cl. KIRWAN vtrumque pro dephlogisticato habet, qui si phlogisto saturatus tantum fuerit fixus reddatur; si vero eodem abundet plane phlogisticatus fiat. Probabilem sane esse hanc distinctionem vel. cl. LICHTENBERGII, collegae coniunctissimi, experimentis doceor, quae ipsi egregie respondent.

§. 144.

Constat autem quavis inspiratione, qua sc. adultus homo et tranquille animam ducens 30 circ. pollices cubicos aëris haurit, eum dephlogisticati aëris quadrantem decomponi et magnam partem cum phlogisticato et fixo commutari; ita ut exspiratus iterum aër, vase rite exceptus, flammam vel prunas ipsi immisgas citissime extinguat, calcem ex aqua eius praecipitet, pondere specifico atmosphaericum aërem longe superet &c. *)

§. 145.

*) Ut experirer quamdiu animal certam aëris cuiusdam speciei quantitatem iterato haurire posit antequam lethalis ipsi cedat, tres v. c. eiusdem circ. magnitudinis et roboris canes paratos habui, quorum primo vesicam 20 circ. pollices cubicos aëris *dephlogisticati* continentem, tubuli ope in resectam asperam arteriam ligavi. Hic elapsis 14 horae minutis ultimo exspirauit.

Alteri eandem vesicam *atmosphaericō* aëre inflatam illigavi; et hic minuto sexto ad finem vergente periit.

Tertio denique eandem vesicam ultima prioris canis *phlogistica* exspiratione turgentem applicavi, et hic quarto iam minuto vita defunctus est.

H

Phlogisticatus

§. 145.

Probabile est dephlogisticati aëris igneas partes †), ea decompositione in pulmonibus liberatas, arteriosum intrare sanguinem et ita per corpus deferri, basin e contrario fixi aëris cum phlogisto ac venoso sanguine ad cor dextrum reuehi et tanquam fuligines (vt veteribus loqui placuit) per pulmones excerni.

Floridior

Phlogisticatus ita aër e vesica postmodum aptiori vasi immisus, ea quae supra tetigi phaenomena prae se ferebat.

Instrumentorum quibus ad haec experimenta curate instituenda vtor, descriptionem et iconem dedi in *medic. Biblioth.* Vol. I. pag. 174 sq. tab. I.

†) Magna iam pars memorabilium horum phaenomenorum quibus nuperis lustris et physica de aëribus factitiis disciplina et physiologia negotii respirationis tam egregie ditata et illustrata est, iam ante centum et quod excurrit annos innotuit acutissimi ingenii medico Jo. MAYOW, cuius *de sal-nitro et spiritu nitro-aëreo* (quo nempe nomine dephlogisticatum aërem insigniuit) tractatum Oxon. 1674. 8. editum, magna cum voluptate legi et relegi.

Floridior arteriosi sanguinis color *), obscurior vero venosi, et similitudo colorum qui sanguini impertiuntur quodsi aëris de quibus agimus speciebus expoununtur (§ 16.) egregie his omnibus respondent.

§. 146.

Foetui porro in vniuersum vtriusque generis sanguis minus ab inuicem discrepans, quam homini, qui iam respirauit, ideo quod iste nondum proxime per proprios pulmones igneum hausit aërem.

Postquam autem infans natus est, nouus insueti elementi sensus, in quod aquatile hactenus animal defertur, totque alii noui plane stimuli nouis corporis motibus et maxime thoracis dilationi et primae simul inspirationi ansam praebere videntur.

Pulmonibus autem hac prima inspiratione dilatatis noua sanguini via per eos-

H 2 dem

*) Jo. ANDR. HAMMERSCHMIDT *de notabili discrimine inter sanguinem arteriosum et venosum.* Goetting.

dem patet, ita ut ab umbilicalibus vasis
reuulsus ad thoracem deriuetur.

Cum vero iste inspiratus aer ea quam
diximus elementorum suorum decomposi-
tione nocivus et pulmonibus molestus
reddatur, simplicissimis naturae medicatri-
cis conaminibus tribuo subsequentem mo-
tum, quo venenatam quasi eam mephitim
iterum exspirat et nouo pabuli haustu
commutat.

Quae omnia, maxime si respirationis
ad sanguinis circuitum magnas partes co-
gitas, vel vulgatissimo experimento Hoo-
kiano †) demonstratas, celebre *problema*
Harvaeanum *) melius explicare mihi
videntur,

†) Nomen tulit quod maxime a ROB. HOOKE ornatum
fuerit v. TH. SPRAT *hist. of the royal Society* Lond.
1667. 4. pag. 232. Sed pridem a VESALIO insti-
tutum et ob elegantiam valdopere commendatum
est. *de c. b. fabrica* pag. 824.

*) GU. HARVEY *de circulat. sanguinis, ad Jo. Riolanum.*
pag. 258. ed. Glasgov. 1751. 12.
et maxime *Exerc. de gener. animal.* pag. 263. ed.
princ. Lond. 1651. 4.

videntur, quam pleraque alia tentamina,
quibus physiologi nodum eum soluere
studuerunt **).

**) conf. v. c. PETR. JAC. DAOUSTENC *de respiratione*
Lugd. 1743. 4. pag. 54 sqq.

ROB. WHYTT *on the vital and other involuntary mo-*
tions of animals pag. 222. ed. Edinb. 1751. 8.

SECTIO XII.
DE
VOCE ET LOQVELA.

§. 147.

Principem respirationis functionem considerauimus. Quid vero ad chylum sanguini subigendum et multis aliis modis ad vniuersam fere functionum naturalium classem (§ 63. III.) conferat, alias dicetur. Iam ad reliquas eius utilitates.

Et primo quidem de *voce*, quae nato homini *) competit et a pulmonibus proficiscitur, pridem rite monente Aristotele, qui nulla animalia esse vocalia dixit, nisi quae pulmonibus respirant. Vocis enim nomine proprie sonus venit, exspirati spiritus ope formatus in larynge, magni artificii plena machinula quae summae

*) P. L. M. MALOET et JAC. SAVARY E. ut ceteris animalibus ita homini sua vox peculiaris Parisi. 1757. 4.

mae spiritali fistulae, tanquam capitulum columnae, imposita est *).

§. 148.

Constat autem haec machinula variis cartilaginibus in capsulae quasi formam coadunatis **), quae magno et mirando muscularum apparatu †) instructae tam iunctim simul sumtae, quam pro vocis varietate nonnullae earum sigillatim mobiles redduntur.

§. 149.

Primaria autem praeceteris ad vocem
edendam particula *glottis* est, angustius

H 4 spiri-

^{*)} FABR. AB AQVAPENDENTE *de visione, voce, et auditu.*
Patav. 1603. fol.

JVLIVS CASSERIVS PLACENTINVS de vocis anditusque
organis Ferrar. 1600. fol.

JAN. MARC. BUSCH *de mechanismo organi vocis humi-que functione.* Groning. 1770. 4.

**) EUSTACHII tab. XLII.

MORGAGNI *adversari. anatom. prim.* tab. II.

SANTORINI *observat. anatomi.* tab. III. fig. 1. 2. 3.

+) B. S. ALBINI tab. *musculorum*. tab. X. fig. 1-15. tab. XI. fig. 45-48. tab. XII. fig. 1-7.

spiritalis fistulae ostium, cui suspensa quasi praefigitur epiglottis. Istius enim ostii marginibus rite allisam auram e pulmonibus expulsam, fieri sonoram, nullum dubium est.

§. 150.

De eo autem disputatum est, quaenam ipsae glottidi ad modulandam vocem contingent mutationes? an scil. diducatur faltem et vicissim coarctetur, quae, post Galenum, Dodarti sententia fuit, anne potius a tensione et relaxatione ligamentorum eius, vocis varietas pendeat, ut Ferreinius contenderat.

Hic ergo vocis organon primarium fidibus, ille vero tibiis comparabat.

Omnibus rite collatis vociferantem glottidem vtriusque generis mutationes subire credimus, ita tamen, vt quae a tensione ligamentorum, maxime thyreo-arytaenoideorum *inferiorum* (quae sunt *cor-
dae*

*dae vocales Ferreinii) ipsi contingunt,
potiores videantur *).*

§. 151.

Omnem autem eam, cuiusuis generis sit, glottidis mobilitatem a numerosis qui ad laryngem pertinent muscularis dirigi, eleganti constat experimento, quo nempe ligatis sectisue nervis aut recurrentibus aut ipsis vagis, animantium vocem aut demissam reddere aut plane tollere licet. *)

H 5

§. 152.

*) Experimenta de ea lite dirimenda Goettingae instituta v. in cl. Jo. G. RUNGE diss. *de voce eiusque organis* LB. 1753. 4.

it. cf. Jos. BALLANTI in *Commentar. instituti Bonon.* T. VI.

et cl. VICQ-D'AZYR in *Mém. de l'ac. des scienc. de Paris* a. 1779.

*) De celebri experimento pridem a GALENO instituto,
cf. praeter alios

W. COURTEN in *Philos. Transact.* N. 335.

MORGAGNI ep. *anatom.* XII. N. 20.

et maxime P. P. MOLINELLI in *Commentar. instituti Bonon.* T. III.

§. 152.

Sibilus homini cum auiculis canoris communis est. His eo fine inferuit larynx in utrumque asperae arteriae extremum bipartitus. Iste vero, et si unico et communis larynge instructus, tamen labellorum coarctatione ea animalcula, ut mihi videatur, imitari didicit †).

§. 153.

Cantum vero, qui ex loquela et harmonica vocis modulatione compositus est, homini proprium dicerem, et summam eius vocis organorum prerogatiuam. Sibilus enim aibus connatus est: verba etiam quodammodo pronunciare numerosae aues, imo et canes quandoque docentur. De genuino vero cantu utrum idem in brutis animantibus unquam succederit, valde dubito: cum e contrario vix ullam extare

†) In uniuersum flexilissimum esse laryngem humanum ad imitandas animalium voces vel ferocissimarum gentium exemplo constat. cf. v. c. de Nouae Guineae orbis australis incolis, quos *Papus* vocant, NIC. WITSEN *Noord- en Oost-Tartarye* ed.

extare barbaram gentem crediderim cui non cantus solemnis sit *).

§. 154.

Loquela ipsa vocis est singularis modificatio quando linguae maxime adminiculo, tum etiam partim labiorum, dentium, palati, et nasi ope in litterarum formatio- nem componitur.

Vocis hinc et loquelae differentia patet; cum ista in ipso larynge formetur; haec vero si a paucis quorundam gentium exemplis discesseris (Sinenſium v. c. quibus litterae quasi homonymae ipsius vocis varia modulatione distinguuntur) reliquo- rum quae diximus organorum singulari mechanismo determinetur.

Vox porro brutis cum homine com- munis est, et neonato etiam competit,
neque

* De Aethiopibus v. c., Grönlandis, Canadensibus, Californiis, Kamtschadalibus &c. testimonia iti- neratorum fide dignissimorum ad manus habeo; ita ut mihi quidem paradoxon sapere videantur, quae Roussavivs de cantu contendit, quod homini non natura sua conuenire videatur &c. *Dictionn. de Musique* Vol. I. pag. 170. ed. Genev. 1781. 12.

neque a miseris infantibus, qui inter feras adoleuerunt, nec ab iis qui surdi nati sunt, plane abest. Loquela vero non nisi rationis culturam et usum sequitur, ideoque non minus ac ea ipsa soli ac unico per uniuersum animale regnum homini tanquam priuilegium conuenit. Brutis quippe instinctus quo natura sua instructa sunt, sufficit; homini vero hisce aliisque adminiculis ad vitam proprio quasi marte sustentandam destituto, rationis et loquelae praerogativa concessa est, quorum opera sociali quo a natura destinatus est vinculo utens, desideria sua patefacere, iisque mederi possit.

§. 155.

Ipse vero loquelae et litterarum pronunciationis mechanismus vere mirandus, post paradoxi hominis Franc. Mercur. ab Helmont *) egregia tentamina maxime

*) EJ. alphabeti vere naturalis Hebraici delineatio. Sulzbac. 1657. 12.

xime Jo. Wallifii †) et Jo. Conr. Ammanni *) vltioribus disquisitionibus plurimum illustratus est.

Prae ceteris naturae adaequata videtur Ammanni litterarum diuisio in I. VOCALES, II. SEMIVOCALES, et III. CONSONANTES.

I. VOCALES **) diuidit in a) *simplices*
a. e. i. y. o. u.
et b) *mixtas* ä. ö. ü.

II. SEMIVOCALES ipsi sunt vel a) *nasales*
m. n. ng. (i. e. n ante g German.)
vel b) *orales* (s. linguaes) r. l.

III.

†) Ej. *Grammatica linguae Anglicanae, cui praefigitur de loquela s. sonorum omnium loquularium formatione tract. grammatico - physicus.* Vtor ed. VI. Lond. 1765. 8. (ed. curante TH. HOLLIS)

*) Ej. *surdus loquens* Amst. 1692. 8. ed. princeps — aut. prodiit s. t. diff. *de loquela* ib. 1700. & al.

**) De harum formatione v. cl. CHR. THEOPH. KRATZENSTEIN tentamen praemio coronatum resoluendi problema ab acad. scient. Petropolit. propositum: *de natura et charactere sonorum litterarum vocalium &c.* Petrop. 1781. 4.

- III. CONSONANTES denuo dispescit in
- a) *sibilantes* (scilicet successiue pronunciatas) *h.*
g. *ch.* *f.* *sch.* *f.* *v.* *ph.*
 - b) *explosivas* *k.* *q.* *d.* *t.* *b.* *p.*
 - et c) *duplices* (scilicet compositas) *x.* *z.*

§. 156.

Denique et aliarum quarundam humanae vocis modificationum mentio iniicienda est, quae symptomatice aut animi nonnullis pathematibus aut violentioribus affectionibus organorum respirationis quandoque superuenire solent: et quarum plures, ut risus et fletus homini propriae esse videntur.

§. 157.

Plures quidem earum sibi iuuicem valde cognatae sunt, ita ut saepe una in alteram transeat: pleraque etiam non uno modo sese exerunt &c.

In uniuersum tamen *risus* breues et quasi abruptae exspirationes se excipiunt. *)

Fletus

*) FR. LUPICIVVS de *risu*. Basil. 1738. 4.

Fletus inspirationes ciet altas, quae cito cum longioribus subinde interruptis exspirationibus alternant *).

Suspirium longa constat et valida inspiratione quam subsequentem exspirationem *gemitus* nonnunquam comitari solet **).

Tussis celer est et sonora exspiratione altam inspirationem excipiens †).

Sternutatio violentior est et fere convulsiua exspiratio quam breuis et vehementis inspiratio praecesserat. ‡)

Singultus e contrario sonora constat et breuissima sed itidem quasi conuulsiua inspiratione ††).

Verum

*) Jo. FR. SCHREIBER *de fletu* LB. 1728. 4.

**) DAV. C. IMM. BERDOT *de suspirio* Basil. 1756. 4.

†) Jo. MELCH. FR. ALBRECHT (praef. Hallero) *experimenta in vinis animalibus circa tussis organa exploranda instituta.* Goetting. 1751. 4.

††) MARC. BEAT. L. JAC. PORTA *de sternutatione* Basil. 1755. 4.

†††) C. JO. SIG. THIEL *de singultu* Goetting. 1761. 4.

Verum et *oscitatio* *) huc referri poterit, quae plena, lenta et longa inspiratione, simili insequente exspiratione perficitur, diductis simul late mandibulis; ita ut et aër faucibus ampliatis haustus Eustachianas subeat tubas. Id sibi praeterea priuum habet, quod facile ad imitationem excitet: causa procul dubio in recordatione grati ex oscitatione sensus quaerenda.

*) JUST. GODOFR. GÜNZ (praes. Walthero) *de oscitatione*
Lipſ. 1738. 4.

SECTIO XIII.

DE

CALORE ANIMALI.

§. 158.

Homo viius cum reliquis mammalibus et cum auibus id priuum habet prae ceteris animantibus, quod natius eorum corporis calor, medii in quo viuere solent suetum calorem longe superet. In ipso tamen homine id memorabile quod aliis animantibus earum quæ diximus clasium, calore suo vtique cedere videatur; ita vt hic nostro sub coelo, vulgo circa 96mum ° scalae Fahrenh. subsistere soleat, cum iam in aliis mammalibus, et magis adhuc in auibus eum gradum haud parum excedat *).

§. 159.

* Eum quorundam animalium calidorum statum excipiendum esse, quo hyemali somno sepulti torpent, vix monitu opus est. Tunc enim vt ple-

I

rasque

§. 159.

Et is quidem natuii caloris gradus in homine sano tam constans est et perpetuus, ut in vniuersum, pro sanitate cuius propria, exigua saltim paucorum graduum differentia iudat, etiamsi homo vel gelidissimi climatis rigori, vel torridi coeli feroi expositus fuerit. Quae enim Boerhaavii opinio fuit hominem haud viuere posse in eiusmodi medio quod fervore excedat natuum eius calorem animalem, post cel. peregrinatoris et Georgiae quondam gubernatoris H. Ellis egegias obseruationes *), a plurimis physiologice doctis hominibus ex professo quod aiunt, singularibus experimentis †) est refutata

rasque reliquas animalis oeconomiae functiones aut plane cessare aut mirum in modum languefcere constat, ita et natuus eorum calor ad temporem fere frigidiusculum reducitur.

*) *Philos. Transact.* Vol. I. P. II. a. 1758. In animalibus vero antea iam expertus erat cl. ARN. DUNTE. v. EJ. exper. calorem animalem spectantia LB. 1754. 4.

†) DUHAMEL et TILLEI in *Mem. de l' ac. des scienc. de Paris* a. 1764.

cl. BLAGDEN et DOBSON in *Philos. Transact.* a. 1765.

futata *). Quid quod in eo ipso magna
hominis praerogatiua constet, quod nullae
terrarum zonae adstrictus, vniuersum qua-
late patet terraqueum orbem degere et
tam freti Hudsonis, vbi argentum viuum
sponte congelatum est **), aut nouae
Zemblaे †) rigores, quam Senegae littor-
is ‡‡) torrentes ignes perferre, valeat.

I 2

§. 160.

*) Imo vero notum est, Europaei quoque coeli aesti-
vos ferores quandoque suetum caloris humani
gradum superare; id quod ipse expertus sum d.
3. Aug. 1783. quo die in Alpibus Lucernensibus
versabar, et circa meridiem cum viro praestantiss.
SCHNYDER DE WARTENSEE mercurium thermome-
tri Fahrenheiti vmbroſo in loco ultra 100° ascen-
sum videbam, qui tamen quoties thermometrum
corpori rite applicabam fere ad 97° subsidebat.

**) TH. HUTCHINS (Governor of Albany Fort in Hud-
son's bay) *Experiments for ascertaining the point
of mercurial congelation* Lond. 1784. 4. pag. 66 sq.

†) GERRIT DE VEER waerachtighe Beschryvinghe van
drie Seylagien, ter werelt noyt soo vreemt ghehoort
&c. Amst. 1598. 4 transv. (quae est ed. princeps
famosi itinerarii).

‡‡) cl. J. P. SCHOTIE on the *Synochus atrabiliosa* which
raged at Senegal a. 1778. Lond. 1782. 8. p. 74 sq.

§. 160.

Iam vero in focum mirandi istius ignis quo perfusi calemus inquirendum est; quem, ut veterum de eo somnia taceam, recentiorum alii ab electrica materie et neruis *), alii ab attritu e motu progres-
sivo sanguinis **), alii a frictione elemen-
torum solidorum †), alii aliunde deriuare
fategerunt.

§. 161.

Verum omnes hae hypotheses tanta premuntur difficultate quanta e contrario simplicitate sua eaque naturae phaenome-
nis egregie respondente, se commendat ea doctrina qua pulmones natiui caloris *focum*, dephlogisticatam aëris quem spi-
ramus partem (§ 143.) *somitem* eius fa-
ciunt;

*) Jo. SHEBBEARE's *practice of physik* Vol. I.

**) Nuperum haec BOERHAAVII sententia defensorem
nacta est cl. CRELL ad calcem versionis EJ. ver-
naculæ dissertationum cl. DOBSON et BLAGDEN,
quas modo citauimus. Helmst. 1773. 8.

†) cl. ED. FRYER *cogitationes physiologicae de vita ani-
mantium et vegetabilium* LB. 1785. 8.

ciunt; cuius doctrinae primas quasi lineas duxit laudatus Jo. Mayow quam vero nostris temporibus longe emendauit auxit et vltro ornavit cl. Crawford *).

§. 162.

Summa vero Crawfordianae theoriae eo redit, vt respiratio haud secus ac combustio ad phlogisticos quos vocant processus pertineat; quibus phlogiston corporibus inhaerens, accessu ignis liberati sensibilis (qui ab infixo igne hactenus insensibili probe distingui debet) expellitur.

Phlogiston enim et ignea materies sibi contraria sunt elementa, et quo plus unius eorum inhaeret corporibus eo minus ipsis inest alterius elementi; fixus v. c. aër non nisi $\frac{1}{6}$ eius ignis continere perhibetur, qui aequali ponderi atmosphaericí aëris inhaeret & s. p.

Experimentis vero constat, esse atmosphaericó aëri maiorem cum phlogisto quam

I 3

cum

* v. FJ. *Experiments and observations on animal heat and the inflammation of combustible bodies &c.* Lond.

cum igne affinitatem, ita ut lubenter cum isto se coniungat eiusque loco ignem qui hactenus ipsi infixus erat iam liberatum dimittat.

§. 163.

Quodsi ergo cum hisce praemissis respirationis phenomena comparamus verisimillimum vtique videtur simili processu calorem animalem oriri.

Differet enim ut vidimus quem exspiramus aer mirum quantum ab eo quem antea hauseramus, cum ignita sui parte orbus phlogisto e contrario et fixi aeris basi grauidus reddatur (§ 145.)

§. 164.

Probabile itaque est, igneam spiritus quem ducimus partem in pulmonibus subtilissima adire vasa sanguifera non nisi tenuissimis septimentis ab ipsis aereis receptaculis distincta (§ 135.) et inde per venosum pulmonum ad arteriosum aortae systema deduci, hincque per uniuersum corpus distribui.

Tum

Tum vero et quidem in minimis praefertim vasculis cum phlogisto quod vbius offendit commutari. Hoc ipsum vero eius loco sanguini immixtum per venosum systema ad cor dextrum et per arteriam pulmonalem in pulmones reuehi, vbi ex iis quas modo tetigimus affinitatis legibus a recenter inspirato aëre denuo recipiatur et nouum eius accessu liberatum igneum elementum iterata vice sanguinem intret.

§. 165.

Respondent his, quae de diuersitate arteriosi sanguinis a venoso passim tetigimus; respondent porro quae de diuerso cuiusuis calore specifico perhibentur *): utpote quem in arterioso sanguine = $11\frac{1}{2}$ in venoso vero non nisi = 10 faciunt;

I 4 imo

*) Pridem GALENVS non uno loco contenderat ventriculum cordis sinistrum dextro calidiorem esse, cf. v. c. EJ. *de temperamentis* I.. II. pag. 34. ed. Oper. Bas. 1562. Cl. I. et L. *de inaequali temperie* ed. cit. Cl. III. pag. 88 sq.

Pluribus videlicet TH. SCHWENKE *haematologiam*
Haag. 1743. 8. pag. 31.

imo vero et respondent, quae de actione vasorum sanguiferorum minimi ordinis supra tetigimus (§ 126).

§. 166.

Valde enim probabile videtur, esse quoque ipsis hisce vasculis minimis suas partes, quarum actione vel excitata vel depressa ista ignei elementi per corpus delatum cum phlogisto in corpore haerente commutatio et calor inde oriens animalis vel augeatur vel minuatur.

Memorabilia enim phaenomena, quibus constat calorem animalem, (si nempe thermometro exploratur, non vero fallaci solum sensatione aestimatur) in vniuersum sibi fere perpetuo similem manere *), vix augeri aestiuis caloribus, vix minui hiberno rigore, imo vero quibus compertum est increscere subinde calorem corporis si frigidae immergimur †), id demonstrare videntur

* cf. cl. CRAWFORD in *Phil. Transf.* Vol. LXXI. p. II.

†) cl. G. PICKEI *experimenta physico-medica de electricitate et calore animali.* Wirceb. 1778. 8. pag. 91 sq.

Unable to display this page

Unable to display this page

spirationis negotio conuenit, neque inepte eadem in tractatione nostra proxime sequi debere, visa est,

§. 168.

Cutis autem triplici constare dicenda est membrana. *Corio* sc., et quae id ipsum interiacente *reticulo* supercontegit *cuticula*, De singulis seorsim,

§. 169.

Et quidem *cuticula* *) s. epidermis extimum est corporis tegmen, aëri expositum, cuius quidem elementi proximum contactum in homine fano vix aliae corporis partes, si a dentium cortice et respirationis viis et tubo alimentari discesseris, impune perferre possunt,

§. 170.

Textura epidermidis simplicissima est vasis et nervis et poris destituta, in universum parum organica, maxime tamen singu-

*) AL. MONRO (patr.) or. de *cuticula humana*, oper. ed. Angl. Edinb. 1781. 4. pag. 54 sq.

singularis †), et pro semipellucida sua teneritate mirum in modum tenax, ita ut macerationi aliisque corruptionis generibus diutissime resistat.

§. 171.

Origo eiusdem dubiis quidem adhuc primitur. Verisimile interim est, eandem ex subiecto ipsi corio cum pilorum bulbillis

†) Crassissima ingentium quorundam animalium epidermis ex verticalibus fibrillis compacta est, quae situ suo boleti igniarri texturam quodammodo aemulantur. Interior eius superficies porosa appareat, quam subiacentis cutis filamenta, quasi holosericea, penetrant. Luculentissime singularem eam fabricam in praeparatis ex balaenae mysticeti cete de promitis coram video.

Similis quodammodo textura in humana cuticula morbose affecta quandoque obseruatur; ut in haereditario morbo cutaneo quo anglus sic dicitus hystricinus homo cum infantibus suis labrabat. v. G. EDWARD'S *Gleanings of natural history* Vol. I. tab. CCXII. pag. 3 sqq.

Verum et clavus pedis digitorum et occallescentia cuticulae quae calcaneo substrata est in adultis hominibus et qui plerumque nudipedes inceperant, non multum subinde ab ea textura abhorret.

billis efflorescere; cui corio innumeris praeterea iisque tenerrimis fibrillis adhaeret *).

Omnium corporis humani partium similarium facillime reproducitur.

§. 172.

Dignitatem eius ad oeconomiam corporum organicorum vel vniuersitas ea demonstrat qua per vtrumque eorum regnum reperitur; quid quod et in tenello embryone a tertio ad minimum inde post conceptionem mense praeparata cernitur.

§. 173.

Subterlinitur autem cuticula mucosa membranula quam ab inuentoris †) de ea opinione, *reticulum Malpighianum* vocant.

Muci

*) Gu. HUNTER in *medical obs. and Inquir.* Vol. II. p. 52 sq. tab. I. fig. 1. 2. Improbabilis ceterum mihi videtur egregii viri conjectura, qua has fibrillas *vasa esse excretoria materiei perspirabilis hariolatur &c.*

†) v. MARCELL. MALPIGHII *tetras anatomicar. epistolay.*
Bonon. 1665. 12.

Muci, facile dissolubilis, habitum prae-
se fert, et vix vnquam nisi in scroto
Aethiopum a cuticula aequa ac a corio
integrum separari et genuinae propriae
membranulae forma exhiberi potest *).

§. 174.

Primariam hominum caloris sedem con-
stituit **). Ominibus enim corium can-
didum est, cuticula tantum non omnibus
albida semipellucida, aethiopibus vnice
paullo ex griseo obscurior. Reticulum
vero mucosum in homine nato pro aetatis
et vitae generis et climatis varietate, quin
et ex morbosa constitutione, varium †).

Ita

*) Primus in ea quam diximus aethiopum parte id
praestitit amicissimus SÖMMERRING, cuius liberalitate
egregium id genus praeparatum collectionem meam
anatomicam ornat. cf. EJ. über die körperl. Ver-
schiedenb. des Negers vom Europäer ed. 2. pag. 46 sq.

**) B. S. ALBINI diff. de sede et causa coloris aethiopum
et caeteror. hominum. c. icon. colorib. distinct. LB.
1737. 4.

†) Pluribus de his ex professo egi l. de generis humani
variet. nativa pag. 61 - 77. ed. 2dae.

Ita v. c. ex quinque varietatibus, in
quas genus humanum optime diuidi mihi
videtur 1^{mae}, quae praeter Europaeos, occi-
dentalis Asiae, et Africae borealis incolas,
ut et Grönlandos et Esquimotas comple-
ctitur, reticulum plus minus albidum est.

2^{dae} quo reliqui Asiani spectant, sub-
fuscum ad oliuaceum vergens.

3^{iae} ad quam aethiopes pertinent, nigri-
cans *).

4^{tæ} f. Americae reliquæ habitatoribus,
fere cuprei coloris.

5^{tæ} denique, sub qua vniuersi maris
pacifici incolas intelligo, plus minus fuscum.

Omnes autem ac singulas hæc coloris
varietates non minus ac reliquas quibus
homo ab homine et gens a gente differre
videtur adeo inuicem confluere quasi, al-
teram in alteram ita mutuo transfire &c.
ut non nisi plane arbitrarias earum diui-
siones

* Jo. NIC. PECHLIN *de habitu et colore aethiopum, qui
vulgo et Nigritæ L. Kilon. 1677. 8.*

cl. CAMPERI de eodem argumento oratio extat in
EJ. kleiner. *Schriften. Vol. I. P. I. pag. 24 - 49.*

siones et classes constituere vix monitu
opus est.

§. 175.

Corium ipsum, cui reticulum cum epi-
dermide tegminis loco sunt, membrana
est sui generis, porosa *), tenax, valde
dilatabilis, variae crassitieei, in vniuersum
vero ex tela cellulosa stipata, et quidem
arctissime in extima superficie; laxius in
pagina interiore, qua [paucis corporis regio-
nibus exceptis (§ 36.)] plerumque vulga-
rem adipem continet.

§. 176.

Scatet vero corium praeter *neruos* et
venas absorbentes, de quibus alias dicendi
locus erit, innumeris *vasculis sanguiferis*
quae ad extimam eius superficiem penetrant,
et, quod felicior inieccio docet, eandem
quasi arctissimis reticulis subtilissimae tex-
turae obtegunt.

§. 177.

*) B. S. ALBINI annotat. acad. L. VI. tab. III. fig. 1 - 5.

Unable to display this page

Unable to display this page

§. 180.

Neque minor varietas longitudinis, flexilitatis, crispitudinis, et maxime coloris, tam a climatis potentia, aetate, aliisque secundum naturam causis, quam a morboſa ſubinde intemperie, ut in leucaethiopibus, pendentis, et plerumque oculorum colori respondentis.

§. 181.

Peculiaris porro eſt pilorum in quibusdam corporis partibus directio, ſpiralis v. c. in vertice; furſum diuergens in pube; in brachii auerſa facie, fere ut in simia satyro contraria directione verſus cubitum tendens, (a humero nempe deorſum, a carpo vero furſum); ut de ſuperciliis et ciliis taceam.

§. 182.

Oriuntur vero pili ex interiore corii facie, quae adipe ſcatet, et quidem ſingulari bulbulo ipſi ſatis firmiter inhaerent*), qui

* Bulbulum enim magis firmandis quam nutrientis pilis inſeruire, exinde ſufpicor, quod ii pilorum

qui duplici constat inuolucro **); extimo vasculoſo, ouali; interiore cylindrico, quod epidermidi cōtinuum videtur †), et elasticis iſtis filamentis ex quibus pilus ipſe compingitur, et quorum 5 ad 10 numerant, inuolucro eſt.

§. 183.

Oleoſo halitu nunquam non peruncti ſunt pili, et fere incorruptibiles. Omnia quoque corporis humani partium maxime idio-electricaे videntur. Facillima item eorum nutritio, quin et, niſi cutis ipſa ſimul male affecta fuerit, poſt defluuium iſorum reproductio.

§. 184.

Vniuersa haec corporis integumenta praeter alios quibus inferuiunt uſus, ma-

xime

cinni qui ſubinde in meliceridibus et ſteatomati- bus omenti et maxime ouariorum reperti ſunt, quales dum haec ſcribo ad manus ſunt, bulbis omnimode careant, quod nullibi infixi melleo iſi ſebo nuda tantum contineantur.

**) DUVERNEY *œuvres anatomiques* Vol. I. tab. XVI. fig. 7. 9 - 14. tab. XVII. fig. 3 ſqq.

†) B. S. ALBINI *annotat. academ.* L. VI. tab. III. fig. 4. 5

xime ad excretoria corporis organa pertinent, quorum ope aliena quaevis et quae retenta nocitura forent, ex principe humorum massa eliminari et exterminari possint *).

Monstrant id miasmata, exanthematum specie illinc delata; monstrant allii, moschi aliorumque eiusmodi ingestorum odores per cutem spirantes; monstrant sudores, aliaque id genus phaenomena.

§. 185.

In primis vero per hanc vias fluidum transpirat, quod ab acutissimi ingenii viro, qui primus eius dignitatem ex professo indagare studuit, *perspirabile Sanctorianum* audit †).

K 3

Monere

* ABR. KAAU *perspiratio dicta Hippocrati, per unius corpus anatomice illustrata* LD. 1738. 8.

†) *Ars SANCTORI de statica medicina. aphorismor. sectionibus VII comprehensa.* Venet. 1634.
16. quae est plenissima genuina ab ipso auctore curata editio celebris opusculi, quod BOERHAAVIVS ipsis Hippocraticis aphorismis praeferre nullus dubitauit.

Monere autem liceat vulgo alienissima et maxime heterogenea excrementa eo communi nomine comprehendendi, quae probe ab inuicem distinguere oportet. Sudorem maxime a genuino perspirabili.

Ille etenim aqueus latex est, subsalsus, et qui vix vnquam ex corpore fano et tranquillo sponte sua prodit.

Hoc vero, de quo vnice nobis heic sermo est, aërisiforme fluidum est, permanenter elasticum, eidemque quod per pulmones exspiramus quam simillimum *).

§. 186.

Itidem enim phlogisto grauidum est, itidem calcem ex aqua eius praecipitat, itidem tam flammae alendae quam respirationi sustentandae ineptum est &c.

§. 187.

Quantitas huius fluidi, quod ex corporis superficie spirat, (quae in adulto iustae

*) v. C. DE MILLY et cl. LAVOISIER in *Mém. de l. ac. des sc. de Paris* a. 1777. pag. 221 sq. 360 sq.

iustae staturaे homine circ. 15 pedes quadratos aequat) vix ad calculum certum reduci poterit.

Quae enim inde a Sanctorii tempore excogitatae sunt ad corporis pondus explorandum librae *), huicce fini male respondere, ex iis quae modo de multifaria materie dicimus, quae praeter ipsum perspirabile cutem transfudat, facile intelligitur.

Infinitis vero modis ludere rationem perspirationis in singulis hominibus pridem compertum est: in vniuersum tamen etiam gentilitiam quandam varietatem et in hoc quoque capite locum habere ex iis, quae a fide dignissimis auctoribus de singulari et fere specifico odore perhibent, quem Caraibaeorum **), Groenlandorum †),

K 4 Aethio-

*) SANCTORII *Comm. in Iam Fen Imi L. Canon.* Auctio-
nennae. Venet. 1646. 4. pag. 781.

cf. Jo. ANDR. SEGNER *de libra, qua sui quisque cor-
poris pondus explorare posset.* Goetting. 1748. 4.

**) THIBAULT DE CHANVALON *voyage à la Martinique.*
Parif. 1763. 4. pag. 44.

†) DAV. CRANZ *Hist. von Grönland.* ed. 2. pag. 179.

Aethiopum *) aliorumque barbarorum cutis transpirat, extra dubitationis aleam positum videtur.

§. 188.

Collatis nunc quae de vasculosa cutis fabrica (§ 176), et de analogia perspirabile inter et exspiratum aërem (§ 186); tum et alias (§ 166) de vasorum minimorum ad calorem animalem excitandum potentia dicta sunt, verisimile sane videbitur curatus rem pensitanti magnam sane intercedere pulmonum actionis cum cutanea perspiratione similitudinem; et alternam consensionem; ita ut altera alteram quodammodo adiuuare posse, subleuare, et si forte turbata fuerit, aliquatenus saltem compensare censenda sit.

§. 189.

*) (cl. ESTWIK) *history of Jamaica* Lond. 1774. 4. Vol. II. pag. 352 sq. 425.

Plane specificum quem Aethiopes, et quidem maxime *Angolenses*, transpirant odorem mihi ipsū non vna vice in variae aetatis et vtriusque sexus id genus hominibus obseruandi occasio fuit.

§. 189.

Quadrant certe in eandem sententiam non vnius generis phaenomena tam in sano quam morboſo ſtatu obſeruanda.

Ea v. c. quibus foetus humanus et reliquorum mammalium a pullo incubato differt *).

K 5 Singu-

* Calor animalis in foetu humano et reliquorum mammalium ab ipſa matre cum qua ſecundinaria ope cohaeret, ſuſtinetur. Haec igneum pabulum ipſi transmittit, phlogiftatum contra ſanguinem ab eo recipiens. Itaque ipſum neque reſpirare neque transpirare neceſſe eſt.

Aliter vero cum pullo incubato comparatum eſt. Huic quidem non magis quoque reſpiratio competit, neque ea opus habet, cum igneum ipſi pabulum ab incubante adueniat matre. Ut vero phlogiston, huius ignis accessu in ipſo euolutum exitum habeat, porofa ouo confeſſa eſt testa, per quam transpirare oua, maxime ſi calori expoſta fuerint, notiſſimum eſt.

Quam facilis vero fit tam igais materni ad pullum tranſitus, quam phlogisti ex eodem reditus, patebit ea conſideranti quae alias de analogia inter oui albumen et ſerum ſanguinis (§ 11), tum et de facilitate dicta ſunt, qua aeri per ſerum in craffamentum ſanguinis agere, licet (§ 12).

Singulare porro partium quorundam in calidis animalibus frigus, (vt nafus canum &c.) quod haud inepte a minore vasculorum, quibus scatent, actione phlogistica repetendum videtur:

vti e contrario aucta eorum vasculorum in partibus quibusdam actione, morbofa nonnulla symptomata explicatu facilia essent, vt aestus singularis in volis manuum apud hecicos obseruandus.

Altera quoque quam diximus compensatione, qua pulmonum et cutis functiones mutua sibi ferre subsidia probabile est, aliquid sane lucis affulgere videtur iis phaenomenis pathologicis, vbi homines nati et adulti pulmonibus fere in totum tabe confectis aut alia labe vitiatis tamen aliquamdiu superuixerunt, imo vero per plures annos respirationis usu fere plane caruisse visi sunt *).

§. 190.

*) Memorabile id genus exemplum cl. TACCONI memoriae prodidit in *Comment. instituti Bononiens.* Vol. VI. pag. 74 sq.

§. 190.

Verum denique et *tubi alimentaris* interiorem superficiem praeter reliquas suas functiones primarias, haud absimili quoque phlogistico munere defungi sane non improbabile videtur.

Vnica enim haec est corporis interoris pars, cui praeter pulmones atmosphaericus aër patet; patere vero vtique, et deglutire nos magnam aëris vim, probatione vix eget.

Mutari autem deglutitum eum aërem simili fere ac in pulmonibus ratione, eiusdem in vniuerso alimentari tubo contenti indoles demonstrat †).

Conuenit praeterea cum his omnibus stupenda vasculorum sanguiferorum congeries in tantam intestinorum superficiem interiorem effusa quasi, quam vulgo vniuersi corporis extimae superficie aequalem faciunt.

†) Id quod iam magni sane ingenii viro, et si paradoxo, Jo. BAPT. v. HELMONT, perspectum fuit. v. EJ. de flatibus L. Sect. XLIX. p. 405 sq. ed. Op. 1682. 4.

SECTIO

SECTIO XV.

DE

SENSORIO ET NERVIS.

§. 191.

Ad alteram iam humani corporis functionum classem delati sumus, quae *animales* complectitur (§ 63. II.), quorum ope commercium corpus inter et animi facultates alitur, et quae ideo quod, ut res ipsa fert, vnicce animatis corporibus organicis convenient, latius vero simul quam vitales functiones per vniuersum animale regnum dominantur, nomen suum iure quodam sibi vindicare videntur.

§. 192.

Organa vero quae functionibus istis exercendis maxime praefunt, cerebro constant utriusque generis, cum adhaerente ipsi medulla spinali, et nervis ex triplici
hocce

hocce fonte oriundis *). Quae quidem omnia haud inepte ad binas classes principes, *sensorii* scil. et *neruorum* referri poterunt, quorum illud quidem omne id complectitur quod praeter neruos et eas partes, quae ad origines eorum proxime pertinent, in vniuerso eo systemate supereft et proprius ad vinculum spectat, quo ipsa *neruorum* officia cum parte nostri nobiliore, animae scil. facultatibus, nectuntur.

§. 193.

Nititur ea diuisione elegans cl. Sömmerringii obseruatio †), qua relatiuam eorum organorum vtriusque classis molem animae

*) EUSTACHII tab. XVIII. fig. 2.

cl. MAYER Abb. vom Gebirn, Rückmark u. Ursprung der Nerven. Berol. 1779. 4.

cl. AL. MONRO (fil.) observations on the structure and functions of the nervous system Edinb. 1783. fol.

cl. VICQ-D'AZYR tam in Mém. de l' acad. des sc. de Paris a. 1781. quam in EJ. Planches anatomiques quorum nuper P. I. Paris. fol. prodiit.

†) v. EJ. diss. de basi encephali Goetting. 1778. 4. p. 17.
et pluribus Id. citato de aethiopum anatome l. pag.
59 sq.

animae facultatibus ita respondere animad-
vertit, vt quo tenuiores sint animantium
nerui, respectu alterius ordinis partium,
quas sensorii nomine comprehendimus; eo
magis ea animi facultatum praestantia emi-
neant: eoque respectu hominem maximo
gaudere cerebro dici posse, si eius molem
cum tenuitate neruorum exinde orientium,
non vero pondus eius cum totius corporis
pondere comparaueris.

§. 194.

*Ipsum vero cerebrum *) praeter osseam
caluariam triplici tegitur inuolucro: dura
et pia meninge, et quae vtramque inter-
iacet arachnoidea.*

§. 195.

*Dura meninx **) quae tanquam peri-
osteum encephali cauum inuestit, in varia
quasi sepimenta exorrecta, falce maxime
cum*

*) EUSTACHII tab. XVII. XVIII.

HALLERI icones anat. fascic. VII. tab. I. II. III.

SANTORINI tab. posth. II. III.

**) Jo. LADMIRAL icones durae matris in concava et con-
vexa superficie visae Amst. 1738. fasc. I. II. 4.

Unable to display this page

quem sanguinem et peculiari indole gaudere **) aiunt, et insigni quantitate memorabilem esse constat, quam decimae ad minimum parti vniuersae sanguinis massae aequalem faciunt.

§. 196.

Proxima duram meningem excipit *arachnoides*, a teneritate dicta, vasis sanguiferis destituta (§ 5), quae non magis ac dura membrana fulcos ac liras cerebrum distinguentes intrat, sed vniuersam tantum eius molem intendit.

§. 197.

Aliter vero cum intima cerebri meninge comparatum est, quae *pia mater* priscis audiebat, quaeque vndiquaque cerebri corticem arcte comitatur †), ita ut innumera quibus picta est vasa sanguifera infinitis ramusculis ipsum eum corticem penetrant

**) cl. DAN. JO. TAUBE *de sanguinis ad cerebrum tendentis indole.* Goetting. 1747. 4.

†) RUVSCHII *respons. ad ep. problematic. nouam* Amst. 1670. tab. X.

Unable to display this page

dida s. medullaris, quibus ex obseruatione
cl. Sömmerring *) tertia adhuc inter-
iacet subalbidi coloris, maxime in cere-
belli arbore vitae, tum et in lobis cerebri
posterioribus conspicienda.

§. 200.

Cinereae substantiae **) ad medulla-
rem proportio decrevit vergente aetate;
maior enim infantibus, minor adultis. Fere
tota immenso plane tenuissimorum vascu-
lorum, tam sanguiferorum quam minoris
ordinis albidorum (§ 79) contextu constat,
quorum exigua pars exinde in medulla-
rem penetrat †), quae ipsa praeter haec
vascula

*) *De basi encephali* pag. 63.

cf. cl. GENNARI *de peculiari structura cerebri* Parmae
1782. 8. tab. II. III.

**) MALPIGHI *de cerebri cortice c. rel. de viscerum stru-*
tura Exercit. Lond. 1669. 12.

RUYSCH *de cerebri corticali substantia ep. problematic.*
XIIima Amst. 1699. 4.

cl. CHR. FRID. LUDWIG *de cinerea cerebri substantia.*
Lipf. 1779. 4.

†) B. S. ALBINI *annotat. academ.* L. I. tab. II. fig. 4. 5.

vascula et tenerrimam cellulofam, pulta-
ceo quasi parenchymate constare videtur,
in quo dioptrica aliaque id genus subsidia
nihil constantis et definitae texturae adhuc
detegere potuerunt *).

§. 201.

Gaudet vero cerebrum perpetuo sed
jeni motu †), respirationi ita respondentem,
ut arctatis exspirando pulmonibus eleuetur
paulo cerebrum, dilatato vero inspirationis
ope pectore, iterum subsideat ††).

L 2

§. 202.

*) cf. cl. METZGERI *animaduersiones in doctrinam ner- vorum*. Regiomont. 1783. 4.

†) Memorabile phaenomenon primus enratius descripsit
Jo. DAN. SCHLICHTING in *Commerc. litter. Norico*
a. 1744. pag. 409 sq. tum vberius in *Mém. présen- tés à l'ac. des sc. de Paris* T. I. pag. 113.

Causas vero eius numerosis vivisectionibus sa-
gaciter eruit HALLERVS. v. discipuli eius, Jo. DIR.
WALSIORF experimenta circa motum cerebri, cere-
belli &c. Goetting. 1753.

cf. etiam post cl. DE LA MURE labores, LORRYI de
eodem arguento dissertationes in *Mém. presentes*
T. III. pag. 277 sq. 344 sq.

††) Exoptata haud ita pridem usus sumi opportunitate
eum motum luculentissime in adulto homine ob-
seruandi

§. 202.

Oblongata quam vocant medulla in
spinalem abit *), dorsali vertebrarum flexili
tubo

seruandi et de eodem pericula instituendi. Erat is
adolescens 18 annorum, cui, postquam ante lu-
strum ex alto delapsus caluariae ossa supra fron-
tem ad sinistrum suturae coronariae latus diffre-
gerat, ingens exinde natus ossium hiatus non
nisi communibus integumentis et molli cicatrice
erat obtectus. Hiece hiatus foueam quasi forma-
bat plus minus profundam: maxime nempe pro-
fundam quando dormiebat: vigilanti contra pla-
niorem: variam porro pro respirationis diuerso
rhythmo, ita ut alte subsideret, quoties inspirari
animam retinere iubebam: inflaretur vero imo
in turgenteum tumorem ascenderet, quando vali-
dam exspirationem diutius protrahebat. Erat prae-
terea in fundo fouae pulsus obseruabilis, reliqui
arteriosi systematis pulsui perfecte synchronos,
qualis PETRIOLO, VANELLO aliisque quondam
HALLERI aduersariis imposuisse videtur, qui arte-
riosum eum motum cum singulari altero, qui
respirationi vnicce respondet, inepte confundebant.
— Obiter adiecissem liceat adolescenti isto ex *sinistri*
lateris vulnera capitis, *dextri* lateris brachium et
crus hemiplegica euasisse.

* Jo. JAC. HUBER *de medulla spinali* Goetting. 1741. 4.

— Icon adiecta redit inter Hallerianas fascic.

I. tab. II.

proprice

tubo contentam, iisdemque quas cerebrum cingere vidimus membranis vestitam; dupli quoque constantem substantia, ita tamen ut cinereum interiorem candida exterior amplectatur.

§. 203.

Et ex utroque isto fonte, cerebri
nempe cum cerebello, et medullae spina-
lis, oriuntur denique *nerui* *), funiculi isti
plus minus albantes, plusque minusue
molles, qui per reliquas corporis humani
partes molles, tantum non omnes, distri-
buuntur.

§. 204.

Constat enim post tot innumera Halieri aliorumque summorum obseruatorum experimenta †), esse non vnius generis

L 3

partes

propriae HALLERI eiusdem partis icones extant ibid.
fascic. VII. tab. IV. V.

cl. MONRO (fil.) on the nervous system tab. X. fig. I.

* cl. ROL. MARTIN or. *de proprietatibus nervor.* gene-
ralioribus; praemissa EI. instit. neurologics.

†) v. HALLER de partibus c. h. sensibilibus in *Commen-*
tar. societ. scientiar. Goetting. T. I.

et de iisdem Sermo III. in nov. Comment. Goetting.
T. III. PETRI

partes corporis nostri similares, in quibus
neque culter anatomicus, et a fallaciis
sibi caueis oculus, genuinum neruorum
vestigium, neque chirurgicae obseruatio-
nes *), et viuisectiones a manu exercitata
faepius

PETR. CASTELL *experimenta quibus confitit varias h. c.
partes sentiendi facultate carere.* Goetting. 1753. 4.
tum tres integrae collectiones ad ingentes lites fa-
cientes, quae super iis scriptis Goettingensibus
per vniuersam Europam excitatae sunt. viz.
Sull' insensibilita e irritabilita - dissertazioni, transportate

da J. G. V. PETRINI. Rom. 1755. 4.

*Sulla insensibilita ed irritabilita Halleriana opuscoli
raccolti da G. B. FABRI.* Bonon. 1757-59. IV Vol. 4,
et quae HALLERO ipso curante prodiit s. t. *Mémoires
sur la nature sensible et irritable des parties du corps
humain.* Lausann. 1756-59. IV Vol. 12.

*) In miro disceptu iuno contradictione de tendinum
aliarumque, quae textus mox dicet partium in
homine laesarum sensu, mihi quidem semper vi-
sum est negatiuis testimonialis plus ponderis iuuisse
quam positiuis, ideo quod nihil fallacius cogitari
possit quam aegrotorum iudicium de dolorum in-
ternorum sede. Ut enim exempla hominum ta-
ceam, quos toties de partibus pridem amputatis,
quasi adhuc dolentibus conquestos esse nubes te-
stium extat, vulgatissimum est aegros videre, de
topico et fixo partis cuiusdam dolore diutissime
querulos,

faepius repetitae †), vllum vnquam sensum deprehendere potuerunt.

Et

querulos, quem tamen post fata in funeris diffestatione intemeratum et integerrimum reperis, alium contra, subinde remotissimum chronica labe affectum, cuius molestum sensum aeger fallens ad alienam plane et insontem sedem retulerat.

Et ita quidem v. c. longe faciliores explicatu mihi videntur querelae Syphiliticorum &c. de doloribus putatitiis ossium, quam tot contrarii experimentorum euentus, quales ipse in hominibus vidi, quorum medulla studiose et consciis aegrotis vellicata nihil plane ingrati sensus excitauit.

†) Indies enim magis magisque conuincor, quantis cautelis et quanta exercitatione et saepe iterata eiusdem experimenti in non vnius generis animalibus repetitione opus sit in legibus physiologicis ex viuisctionibus constituendis. Ipse enim, vt exemplo de medullae putatatio sensu, cuius modo memini, porro vtar, quando in pluribus tam mammalibus quam auibus experimentum repetebam, valde distimili euentu id cedere vidi. Pleraque enim id genus animalia medullam cylindrici cuiusdam ossis sibi destrui passa sunt absque ullo doloris signo; alia perfecte simili modo tractata vix adhuc appropinquante instrumento conuellebantur, eiulabant &c. Fieri potuit, vt hi, nouorum cruciatuum timore praeoccupati ad insontem plane instrumenti accessum conuellerentur; fieri

Et quidem illuc pertinent praeter nudam telam cellulosam, epidermis cum reticulo mucoso, pilis, et vnguis.

porro cartilagines et ossa cum perioсте et medulla.

tum tendines, aponeuroses, ligamenta.

item pleraeque membranae latiores, ut dura meninx et arachnoidea; pleura cum mediastinis et pericardio; peritonaeum. Sed et cornea &c.

pleraeque etiam absorbentis systematis partes, maxime vero ductus thoracicus.

denique et secundinae, cum ymbilicali fune.

§. 205.

Neruorum vltimae quidem ex ipso sensorio origines cultelli et oculorum aciem adhuc fugiunt; quid quod et sub iudice lis est an cuiusvis lateris nerui ex eodem an vero ex opposito sensorii latere ortum ducant?

vero etiam potuisse, ut aliqua istorum animalium, praecedentis doloris vehementia quasi obtusa; leviorum medullae stimulationem non sensissent, et iam si neraulis praedita fuisset.

ducant? *) fauere videbantur posteriori opinioni phaenomena pathologica **). Et in opticis sane neruis veram id genus decussationem locum habere nuper euicit cl. Sömmerring †).

§. 206.

In decursu suo ‡‡) neruorum medullam piae meningis continuatio quaedam comitatur ita ut tenerime vasculofum corticem ‡‡‡) nanciscatur. Simulac vero cerebrum aut spinalem medullam egressi sunt singularem plane habitum prae se ferunt, quo ab omnibus fere reliquis cor-

L 5 poris

*) Diuersas de eo argumento auctorum sententias studiose collectas exhibet cl. LASSUS *sur les découvertes faites en Anatomie Par.* 1783. 8. pag. 299 sq.

**) cf. MEIN. SIM. du Puy *de homine dextro et sinistro* LB. 1780. 8. pag. 107 sq.

†) v. *Hessische Beyträge zur Gelehrsamkeit* P. I. et IV.
it. F. N. NÖTHIG (praef. SÖMMERRING) *de decussatione nervor. opticor.* Mogunt. 1786. 8.

‡‡) cf. cl. PFEFFINGER *de structura nervorum* Argent. 1782. 4.

‡‡‡) GUL. BATTIE *de principiis animalibus* Lond. 1757. 4. pag. 126.

poris partibus similaribus distingui possunt, pliculas nempe transuersas plus minus oblique angulosas, pridem P. P. Molinello *) dictas, qui easdem haud incongrue lumbrii rugis aut asperae arteriae annulis comparauit.

§. 207.

Passim nerui, singularium maxime ordinum, quales intercostales sunt et vagi, *gangliis* distincti sunt, nodulis scil. compactioris texturae et ex cinereo subrubelli coloris, sed nondum satis definiti usus. Prae caeteris interim arridet Zinnii quondam nostri sententia †), qui eos intimus connectendis et quasi contexendis eiusmodi filis nerueis inferuire statuebat,

quae

*) *Comment. instituti Bononiens.* T. III. 1755. p. 282 sq. fig. I. 2.

Quam MOLINELLI observationem nuper plurimis confirmarunt et vltro ornarunt cl. viri FEL. FONTANA et AL. MONRO: hic opere saepius citato; ille *Tr. sur le vénin de la vipere.* Flor. 1781. 4. Vol. II.

†) *Mém. de l' acad. des sc. de Berlin* Vol. IX. a. 1753.

Unable to display this page

opticus in retinam, et mollis septimi pa-
ris in zonam, laminis spiralibus cochleae
auris contentam, reliquorum vltima fila-
menta in viscera, musculos, corium &c.
penetrantia, adeo cum earum partium pro-
prio parenchymate confusa in pulpam
quasi deliquescent, vt rimanti oculo de-
nique se subducant.

SECTIO XVI.
DE
FUNCTIONIBVS
SYSTEMATIS NERVOSSI
IN VNIVERSVM. †)

§. 210.

Senforio ita cum neruis exinde per vniuersi fere corporis compagem distributis, integrum constare vidimus systema, medium quasi constituens cuius ope quamdiu vita viget, mutuum animam inter et corpus commercium alitur *).

§. 211.

†) cf. ad vniuersam hancce sectionem praeter numerosos alios auctores, passim iam citatos, aut infra nominandos,

cl. TISSOT *Tr. des nerfs et de leurs maladies* T. I.

C. STUART *de systematis nervosi officiis* Edinb. 1781. 8.

cl. PROCHASKA *aduotat. academic.* fasc. III. sect. I.

*) v. cl. Jo. H. RAHN *Exercit. de causis physicis sympathiae* I. (de miro inter animum et c. h. consensu) Turic. 1786. 4.

§. 211.

Et proxime quidem anima cum ipso cerebro coniuncta videtur, quippe quam praerogatiuam, cum plerorumque sensuum instrumentorum cum eo vicinitas, tum admirabilis eius ex tam singularis figuræ et structurae partibus compositio, maxime vero effectus morbosarum eius affectionum, quam verisimillimam reddit.

§. 212.

Quid quod et ea quam innatimus singulari partium quarundam encephali forma aut situ eo se deduci possi sunt physiologorum nonnulli, ingenio suo indulgentes, ut hancce illamue earum pro ipsissima animae sede et quasi regia venditare anniterentur; ad quam scil. dignitatem alii glandulam pinealem †), alii cerebellum,

alii

†) Cartesianaæ hypothesi pondus aliquod accedere videbatur sectionibus mente alienatorum, quibus pinealis glandula calculis obsessa reperta est. Verum curatior obseruatio docuit non in mente captis solum, verum et in sanissimis hominibus tantum non omnibus, inde a 12mo circ. aetatis anno idem

alii corpus callosum *), alii pontem sic dictum Varolii eleuare studuerunt.

§. 213.

Neque tamen omnis neruosi systematis energia vnice ab encephalo pendere censenda est, sed et spinali medullae, imo vero et ipsis neruis hactenus sane vires suae propriae sunt, ut muscularis conuellendis sufficient; quibus quippe viribus propriis alendis et sustinendis vasculosus istorum organorum cortex (§ 205) inseruire videtur. Homini tamen huiusmodi vires neruorum propriae minores et maior e contrario eorum ab ipso encephalo dependentia, quam aliis animantibus, frigidi praesertim sanguinis.

§. 214.

idem conarium in margaritaceis quasi arenulis obserdi: cf. cl. SÖMMERRING de lapillis vel prope vel intra glandulam pinealem sitis, s. de acernulo cerebri Mogunt. 1785. 8.

*) Tam cerebelli quam callosi corporis ficticias eas praerogatiwas masculine refutauit b. ZINN experim. circa corpus callosum, cerebellum, duram meningem in vivis animalibus institut. Goetting. 1749. 4.

§. 214.

Duplex autem maxime vniuersi systematis neruosi officium est. Alterum ut eius ope aliae partes, et quidem in primis musculi voluntatis imperio subiecti, ad motum cieantur; de qua quidem functione alio loco pluribus. Altera vero, ut sensationi inferuant et sensibiles impressiones quibus corpus afficitur, tanquam nuncii ad sensorium deferant, illincque perceptionem excitent & s. p.

§. 215.

Verum denique et ea sensorio accedit facultas, ut sensations a nervis in illud agentibus acceptas non ad eosdem saltim, sed et ad alios dehinc nervos referre et reagere possit; cuius rei documento citasse sufficiat retinae a lumine affectae in sensorium actionem, huiusque exinde ad iridem vel constringendam vel dilatandam reactionem.

§. 216.

Et quidem ex eodem maxime postremo hocce fonte tam phantasiae et animi pathematum

thematum in corpus humanum quamplurimos effectus, de quibus infra paucis adhuc differendi locus dabitur, quam neruosi systematis per integrum fere corpus multifarios consensus *) (§ 54) eiusdemque in vniuersas fere reliquorum ordinum oeconomiae animalis functiones, ad vnam fere omnes, miram potentiam, deriuare licebit.

§. 217.

Esse haec quae enarrauimus munera neruosi systematis, experimentis et obseruatione extra omnem dubitationis aleam positum videtur. Iam vero modum explicare, quo haecce organa muneribus istis defunguntur, hoc opus hic labor est.

§. 218.

*) G. EGGER (auctore LAUR. GASSER praefantissimo anatomico) *de consensu nervorum* Vindob. 1766. 8.
recus. in cl. WASSERBERG collect. fasc. II.

cf. quoque cl. CAMPERI *de consensu nervorum*
egregias obseruationes, insertas commentario cl.
COOPMANS in AL. MONRO (patr.) *tract. de nervis*
Harling. 1763. 8.

it. cl. ISENFLAMM *Verf. einiger praktischen Anmerk.*
über die Nerven Erlang. 1774. 8. pag. 116 sqq. et
alias.

M

§. 218.

In vniuersum quidem variae de ea re sententiae ad binas classes principes referri possunt: quarum altera neruosi systematis actionem in oscillatorio motu ponit: altera vero eandem ad fluidi cuiusdam motum refert, de cuius vero indole denuo physiologi certant, aliis spiritus animales †) in vasis decurrentes, aliis materiem quan- dam igneae, aut electricae, quid quod et magneticae analogam statuentibus & f. p.

§. 219.

Quanquam vero neutram istarum sententiarum meam adhuc facere velim, id tamen monere liceat, pleraque argumenta, quibus vnius hypotheseos affectae alteram impugnare studuerunt eodem fere gradu rudia mihi videri quo subtilissimas e contrario esse oportet, — si quae sunt —, siue oscillationes istas neruorum, siue fluida ipsis contenta.

§. 220.

†) cf. cl. MICHELITZ *scrutinium hypotheseos spirituum animalium* Prag. 1782. 8.

§. 220.

Imo vero si quid recte video vtraque sententia haud inepte iunctim stare posse videtur, fluidum nempe quoddam nerueum, stimulorum in illud agentium ope commotum, et in oscillantem vibrationem tractum.

§. 221.

Fluidi enim neruini existentiae praeter alia fauere videtur neruosi systematis, maxime vero cerebri ipsius structura, aliis quibusdam visceribus fecernentibus satis analoga. Neutquam vero ideo iam tubulis et canalibus opus esse quibus eiusmodi fluidum per neruos distribui debeat, non magis ac in charta emporetica alioue filtro &c. per se patet.

Multo minus etiam nugacibus de rapida celeritate calculis immorari operae pretium est, quibus spiritus animales nervosos suos canales percolitare passim censuerunt.

§ 222.

Oscillationi vero neruorum, dummodo a rudibus istis chordarum tensarum simulacris abstineas, sed talem cogites qualis et in tenerrima cerebri pulte locum habere potest, plurima quoque phaenomena physiologica ad amissim respondere videntur. Auditum sane oscillatione excitari ad liquidum demonstratum est. In visu simile quid contingere, etiamsi non totus a Leon. Euleri partibus stare velis, valdopere tamen probabile est. Sed et reliquorum sensuum actionem parum ab eiusmodi oscillatorio motu abhorrere, post summi Newtoni de eius existentia conjecturas †), Hartleji sagacitas felicissimo sane successu ita verisimile reddidit, ut exinde etiam primo associationem idealium, huius vero ope dein porro longe plurimas animae facultatum functiones ingeniosissime explicaret *).

†) v. EJ. *Quæstiones ad calcem opticas.* Qu. 23. p. 355.
ed. Lond. 1719. 8.

*) DAV. HARTLEY'S *observations on man, his frame, his duty, and his expectations.* Lond. 1749. II Vol. 8.

SECTIO XVII.
DE
SENSIBVS EXTERNIS
IN VNIVERSVM
SPECIATIM VERO DE
T A C T V.

§. 223.

Alterum vt vidimus neruorum officium in eo consistit, vt externarum rerum impressiones sensorio communicent; fitque hoc ope sensuum externorum, qui vigiles quasi sunt corporis, animae vero instrutores.

Et de his quidem folis heic nobis sermo est. Nam et stimulum ad aluum ponendam, aut famem aliasue id genus voices naturae internas inter sensus referre, pridem monente Hallero, subtilitatis fuerit.

M 3

§. 224.

§. 224.

Memorabile autem est, nullam dari functionum oeconomiae animalis classem tantae in diuersis hominibus varietati subiectam, quam eam de qua agimus, sensuum externorum: vtpote quos infinite fere respectu aciei, aut subtilitatis, aut modi quibus ab iisdem stimulis in aliis aliter atque aliter afficiuntur, diuersitas intercedit; eaque tam nativa †), quam vsu et exercitatione acquisita.

§. 225.

Et merito quidem in horum sensuum enarratione a *taclu* inchoemur: vtpote qui omnium

†) Ita singularis quorundam hominum acute cetera sentientium, dispositio est, vt vna saltim alterae stimuli specie, aliis hominibus grauiter sensibili, plane non afficiantur.

Noui v. c. virum Anglum, sensuum acie aequae ac animi dotibus praecellentem, acute inprimis olfacentem, pulueris tabacini abstemium &c., qui vero vnice in *resedae odoratae* floribus ne minimum vnquam odoratus vestigium deprehendere potuit.

Exempla hominum qui tantum hunc illumue colorem distinguere nequiere, vulgatiora sunt.

omnium primus in homine nato se manifestet, et cuius organon per vniuersam corporis superficiem latissime pateat, et qui longe plurimis rerum externaliarum proprietatibus afficiatur.

§. 226.

Non solum enim aliquas rerum qualitates vnicē tactus ope percipimus, vt calorem, duritiam, pondus &c. sed et de quibusdam, etiamsi aliis quoque sensibus patet, tactus tamen adminiculo certiores demum reddimur, vt de figura, distantia &c.

§. 227.

Minus etiam quam alii sensus fallaciis obnoxius est; et cultura et studiō tantae perfectionis capax, vt aliorum sensuum, praesertim visus, defectum quodammodo supplere possit *).

§. 228.

In vniuersum quidem sensus huius organon \ddagger) cutis est, de cuius fabrica su-

^{*)} cf. cl. ROL. MARTIN in *Schwed. Abhandl.* Vol. XXXIX

a. 1777.

†) F. DE RIET *de organo tactus* LB. 1743. 4. recus. in
HALLERI collect. anat. T. IV.

pra egimus; proxime tamen eidem inferuiunt corii papillae, variae in variis corporis partibus figurae, plerumque quidem verrucosae *), alibi fungosae **), alibi filamentosae †) &c. quibus omnibus cutaneorum neruorum extremitates pulpo-
rum penicillorum in modum terminantur.

§. 229.

Longe principalia vero tactus instrumenta p[re] reliquis iterum *manus* sunt: quarum cutis etiam singularia plurima p[re] se fert. In volis scil. et vtrinque ad digitorum articulos ad facilitandam complicationem fulcata est et depilis; extremi vero digit[i] tam manuum quam pedum, domestica facie elegantissimis ductibus plus minus spiralibus lirati ‡‡); exteriore vero siluestri vnguis scutellati.

§. 230.

*) DAV. CORN. DE COURCELLES *icones muscular. capitis*
tab. I. fig. 2. 3.

**) B. S. ALBINI *annotat. academ. L. III. tab. IV. fig. 1. 2.*

†) RUVSCH *thes. anat. III. tab. IV. fig. 1. thes. VII.*
tab. II. fig. 5.

E. S. ALBINVS l. c. L. VI. tab. II. fig. 3. 4.

‡‡) GREW in *philoſ. Transact. n. 159.*

§. 230.

Sunt vero scutiformes eiusmodi *vngues* *) non nisi homini paucisque praeter eum mammalium generibus, (quae nempe itidem manibus instructa sunt et tactu excellunt †,) eum in finem concessi, ut explorantium digitorum pressioni resistant paulo, et ita actionem eorum adiuuent.

Corneae sunt naturae, in vniuersum tamen epidermidi comparandi: nam et reticulum ipsis subiacet, in aethiopibus nigricans ††); huicque denique subiectum corium, periosteo extremae digitorum phalangis tenaciter adhaerens: quae omnes partes constitutiuae vnguium in longitu-

M 5 dinem

^{*)} B. S. ALBINI annotat. acad. L. II. tab. VII. fig. 4.5.6.

†) Simiae praesertim, papiones, et lemures, plerique etiam cercopitheci: utpote quibus omnibus digitorum apices in quaternis quibus gaudent manibus mollissimi, et humanorum digitorum in modum spiralibus lineis distincti sunt.

††) B. S. ALBINVS de habitu et colore aethiopum fig. 3.

dinem striatae sunt; postico margine (qui in manibus lunula signatus est,) fulco reflexae illinc cutis insident, vnde indies sensim incrementales ita antrorum paulatim protruduntur, ut quouis circ. semestri in integrum renouentur.

SECTIO XVIII.

DE

G V S T V.

§. 231.

Sapores lingua percipiuntur et quodammodo etiam vicinis interni oris partibus cutaneis; palati praesertim medii, faucium, buccarum, imo et labiorum; attamen his omnibus non nisi acrum et grauiter amarorum sensus aliquis est *).

§. 232.

Princeps vero gustus instrumentum *lingua* est †), idemque maxime agile, obsequiosum, mutabilis formae; mirabilis texturae carneae, aliquatenus cordis texturae comparandae.

§. 233.

*) GREW's *anatomy of plants* p. 284 sq.

cl. PETR. LUCHTMANS *de saporibus et gustu LB.* 1758.

4. p. 58 sqq.

†) MALPIGHII et FRACASSATI *epistolae de lingua Bonon.*

1665. 12.

§. 233.

Tegitur autem inuolucris ad cutis similitudinem accendentibus: epithelio nempe, quod ipsi cuticulae locus est, reticulo Malpighiano *), et papillofa denique membrana cuius structura parum ab ea corii abhorret.

§. 234.

In eo maxime differt, quod epithelium, loco cutanei vnguinis, muco illiniatur et humectetur, ex coeco foramine Meibomiano **) et reliqua expansione glandulosa Morgagnii †) oriundo; tum vero et papillarum conformatioне, quas vulgo in petiolatas, obtusas et conicas diuidunt ‡‡), quarum istae paucissimae lunatae quasi serie

ad

*) In canibus ouibusque versicoloribus plerumque etiam linguam et fauces reticulo variegato conspicua vidi.

**) cf. JUST. SCHRADER *observat. et hist. e HARVÆI I. de generat. animal. p. 186.*

†) MORGAGNII *aduersar. anat. prima tab. I.*

‡‡) RUY SCH *thes. anat. I. tab. IV. fig. 6.*

B. S. ALBINI *aunotat. acad. L. I. tab. I. fig. 6-11.*

Unable to display this page

§. 236.

Oportet autem, vt lingua rite sapiat, eandem humidam, sapienda autem liquida esse et salibus solutis scatere †); quodsi enim aut ipsa lingua aut res ipsi admotae siccae sunt, tactu quidem eas explorare potest, quo in vniuersum exquisitissimo gaudet, non vero sapere tunc dicenda est.

Quando vero acutissime saptit, papillae apicem linguae eiusque margines obsidentes reuera erigi aliquantisper videntur.

†) BELLINI *gustus organum nouissime deprehensum*. Bonon. 1665. 12.

SECTIO XIX.
DE
OLFACTV.

§. 237.

Olfactu effluvia rerum odorata percipi-
mus, quae quidem inspiratione hausta eam
maxime membranae Schneiderianae *)
partem feriunt, quae narium septi vtram-
que paginam et conuexas concharum fa-
cies obuestit.

§. 238.

Quanquam enim vniuersae nares in-
ternae †) cum vicinis qui in easdem hiant
finibus

*) CONR. VICT. SCHNEIDER *de osse cribriformi et sensu
ac organo odoratus* Witteb. 1655. 12. quod qui-
dem classicum opusculum in historia physiologiae
quasi epocham constituit, non solum quod primus
in eo functionem olfactus rite constituerit auctor,
sed maxime quod veterum de eius organo tan-
quam emunctorio cerebri somnia dissipauerit.

†) SAM. AURIVILLIUS *de naribus internis* Upsal. 1760. 4.

sinibus ††), simili humida membrana obductae sint, varia tamen huic diuersis in locis natura esse videtur.

Ea enim quae nares spectat pars, reliquae cuti similior, sebaceis folliculis et vibrissis exinde nascentibus obsita est.

Quae vero narium septo et conchis adhaeret, fungosa est et cryptis muciferis scatet.

Quae denique sinuum frontale, sphenoidalium, ethmoidalium et maxillarium parietibus inducitur, omnium tenerrima est, infinitis vasculis sanguiferis, roscidam exhalantibus aquulam, pertexta.

§. 239.

Is enim princeps, ne dicam vnicus sinuum istorum usus esse videtur *), vt laticem

††) cf. HALLERI *icones anat.* fasc. IV. tab. II.

DUVERNEY *œuvr. anatomiæ.* Vol. I. tab. XIV.

SANTORINI *tab. posth.* IV.

*) Odoratui enim infernire hos sinus, parum vero si quid unquam ad vocem et loqueland conferre, (quae tot physiologorum opinio fuit,) pluribus demonstrauit

laticem eiusmodi aquosum praebeant qui primo in triplices narium meatus delatus, exinde in proxima quae diximus odoratus instrumenta diffluat, eademque perpetuo irrorando, eam ipsis impertiat statutam humiditatem, sine qua sagacitas huius sensus stare nequit.

Huicque fini ipso etiam situ variorum istorum sinuum ita prospectum est, ut quous capitis situ semper tamen ex uno alteroue ros ille in olfactus officinam depluere possit.

§. 240.

Fungosa vero quam diximus membranae nasalis pars, qua nempe maxime olfacimus, praeterquam quod itidem innumeris vasculis sanguiferis perreptetur (vel ideo memorandis quod nulla alia corporis vasa spontaneis haemorrhagiis tam saepe tamque

monstraui *prolus. de sinibus frontalib. Goetting.*
1779. 4. argumentis usus multifariis tam ex osteogenia, quam ex anatome comparata, et ex phaenomenis pathologicis depromitis.

N

tamque facile obnoxia sint) neruis praefertim primi paris *), tum et a binis ramis quinti paris instructa est, e quibus autem non nisi primum istud par ipsi olfactui proxime inferuire videtur **); reliqui vero communi earum partium sensationi, quae v. c. sternutationem excitat &c.

§. 241.

*) cl. METZGER *neruorum primi paris historia* Argent. 1766. 4. recul. in cl. SANDIFORT *thesanro* Vol. III. cf. cl. MONRO *on the nervous system* tab. XXIV.

**) cf. cl. LODER *obseruatio tumoris scirrhosi in basi crani reperti*. Jen. 1779. 4. — Historiam exhibit anosiniae quae neruorum primi paris compressionem infecuta erat. Huic quidem alia Jo. MERY obseruatio opponi posset, qui eosdem neruos viatios vidit intemerato ceteroquin olfactu. Quae vero et me tamen mouent, ut nihilominus primo isti pari potiores ad ipsum odoratum partes tribuam, maxime ex anatome comparata haufsta sunt argumenta, vbi sagacissimis mammalibus, quorum crania ad manus habeo, v. c. elephantis, vrsi, canis, bisulcorum ruminantium, erinacei &c. amplissima quoque sit et numerosissimis canaliculis perforata lamina horizontalis offis cribiformis.

§. 241.

Extrema autem primi istius paris filaments non ut in tactus et gustus organo fit, in papillas abire, sed in spongiosum et aequale istius membranae parenchyma quasi deliquescere videntur.

§. 242.

Neonatis arcta est et valde adhuc imperfecta odoratus officina. Sinus praesertim quos diximus vix adhuc vlli: hincque et olfactus ipse ferius demum, efformatis sensim naribus internis, infantibus succedit; eo acutior posthac quo ampliora et curatius quasi effecta redduntur ea instrumenta †).

§. 243.

†) Vt enim ea animalia mammalia, quae reliquis olfactus acie praestant, qualia modo citauimus, amplissima instructa sunt olfactus officina; ita et inter humani generis varietates barbarae nonnul- lae gentes, quae sagacitate eminent, amplioribus quoque gaudere videntur odoratus instrumentis.

Ita cranium Indi Americae borealis, (gentis suae ducis, qui ante 30 circ. annos Philadelphiae capite plexus est) quod a cl. MICHAELIS exinde

§. 243.

Id denique memorabile, vix alium esse sensum externum, cuius tam magna cum ipso sensorio et sensibus internis conspiratio, et quasi in eosdem imperium sit quam odoratus.

Nullus

reportatum collectioni meae craniorum diuersarum generis humani varietatum ornamento eit, nares internas mirandae capacitatis p[ro]ae se fert: adeo ut v. c. conchae mediae in bullas insignis ambitus quasi inflatae sint, et sinus singulares ipsis contentos, a SANTORINO primum obseruatos, nunquam alias tam vaegrandes viderim.

Proxime ad eam amplitudinem accedunt nares internae aethiopum, quorum tria crania ad manus habeo, et si valdopere inuicem discrepantia, in vniuersum tamen olfactus officina latiore conspicua, quam et in iisdem hominibus curate obseruauit cl. SÖMMERRING über die körperl. Verschiedenb. des Negers &c. pag. 22.

Respondent autem his relationes testium fide dignissimorum de stupenda fere istorum barbarorum odoratus sagacitate.

de Indis v. c. Americae borealis cf. post alios URLSPERGER Nachr. von der Großbritann. Colonie Salzburg. Emigranten in America Vol. I. p. 862.

de aethiopibus vero v. Journal des Scavans a. 1667. p. 60.

Unable to display this page

Unable to display this page

amaricante aurigine perunctum ††) delatus; *membranam tympani* in declivi positam fulcoque fere annulato ossis temporis inherentem, et meatum istum ab aure media separantem, feriat.

§. 245.

Pone istam membranam auris media sc. ipsum *tympani cauum* ita positum est, ut fundo suo sursum simulque introrsum spectet.

Ternaque *) continet *oscula auditus*, quorum extimum, sc. *malleus*, manubio suo membranae tympani adhaeret; processu spinoso, antrorsum verso, in adulto certe homine annulato quem diximus fulco plerumque accrescit; capitulo vero globoso ab *incudis* corpore excipitur.

N 4

Incus

††) cf. Jo. HAYGART in *medical observ. and Inquiries*
Vol. IV.

*) Quartum enim quod inde a FRANC. SYLVII temporibus vulgo recipiunt osculum, et *lenticulum* vocant, si optima et plurima ex adulto homine exempla consulueris, nullum esse, pluribus ostendi opere osteologico pag. 144 sq.

Incus ipsa processu suo longiore extremo in mediam quasi tympani cavitatem porrecto *stapedis* capitulo iungitur.

Hic autem denique, basi sua fenestrae insidens ouali, vestibulum spectat labyrinthi, in quod sonus, tympani membranae allitus, trium horum officiorum iunctura propagatur.

§. 246.

Sed et Eustachii *tuba* *) ex intimis faucibus in tympani cauum penetrat: et scala cochleae inferior eodem tendit, cuius ostio, quod *fenestram rotundam* †) vocant, peculiaris membranula est praetensa. Vtriusque vero partis usus nobis quidem nondum adhuc satis declaratus videtur.

§. 247.

In absconditis denique ossis petrosi recessibus labyrinthus latet s. *auris intima* trifarias iterum complectens partes:

vestibulum

*) *EUSTACHIUS de auditus organis.* opusculor. p. 161 sq.

†) cl. SCARPA *de structura fenestrae rotundae &c.* Mutin.

vestibulum nempe, quod medium reliquis duabus interiacet, et in quod praeter fenestram oualem tam quina *canalium semi-circularium* retrorsum positarum ostia, quam superior scala *cochleae* antrorsum sitae, hiant.

§. 248.

Ipse hic labyrinthus aquulam continet
quae cl. Cotunnii nomen fert, et quam
binis canaliculis resorberi docuit, quos
ipse v. cl. *aquaeductus* *) vocat, cl. Mec-
kel *diverticula* **), quorum alterum ex
ipso vestibulo, alterum e scala inferiore
cochleae ortum dicit.

§. 249.

Neruus vero mollis septimi paris, cum duro (qui postea aquaeductum Fallopii †) permeat) porum acusticum internum ingressus, medullosa sua filamenta cibrato

N s eius

^{*)} cl. COTUNNI de aquaeductibus atriis humanae Neap.

1760. 4.

**) cl. PH. FR. MECKEL de labyrinthi auris contentis.

Argent. 1777. 4.

+) FALLOPII *observat. anatomi*, pag. 27 b sq. ed. Venet.

1561. 8.

eius fundo ††) immittit, quae partim vestibulum et canales semicirculares pertinent, praesertim vero in ipsam cochleae basin ita abeunt, ut ad instar medullosae zonulae, striis plexiformibus elegantissime distinctae, inter binas septi cochleae laminae decurrant *).

§. 250.

Oscillatorius itaque tremor quem antea (§ 245) ad fenestram usque oualem prosecuti eramus, exinde in vestibulum propagatur, ubi denique mediante ista aquula (§ 248) ipsissimos ferit nenuos auditorios per labyrinthi anfractus tanto artificio distributos.

§. 251.

Modificando autem impetui soni in tympani membranam illisi perque tympani cauum propagandi, praeter mallei et stapedis

††) cf. BRENDELII *analecta de concha auris humanae* Goetting. 1747. 4.

ID. *de auditu in apice conchae* ib. eod. 4.

* cf. ZINNII *observat. botanic.* Goetting. 1753. 4. p. 31 sq.

dis musculos **), qui voluntatis arbitrio tendi aut relaxari videntur †), chorda quoque tympani ††) media inter mallei manubrium et incudis crus longius incedens, inferuire censetur. *)

**) B. S. ALBINI *tab. muscular.* tab. XI. fig. 29.

†) EUSTACH. *de auditus organ.* pag. 157.

cl. CALDANI *institut. physiolog.* pag. 245 sq.

††) JO. FR. MECKEL *de quinto pare nervor. cerebri* fig.

I. x. 71.

*) cl. COTUNNI l. c. § LXXXVIII.

MARHERR *praelect. in BOERH. institut.* Vol. III. p. 343.

SECTIO

SECTIO XXI.

DE
V I S V. *)

§. 252.

Vifus instrumenta, oculi **), globi sunt versatiles, neruis suis opticis, [de quorum decussatione supra dictum est (§ 205.)], tanquam petiolis ita affixi, vt eorum infertio non ex directo corneae et iridis centro obuersa, sed pone eam axin imaginariam, paulo proprius versus nasum sita sit. (— *Tab. II. fig. 1. h. —*)

§. 253.

*) cf. ad hanc sectionem cl. PRIESTLEY *history and present state of discoveries relating to vision &c.* Lond. 1772. II Vol. 4.

et in tyronum usum cl. HAESELER *Betrachtungen über das menschliche Auge* Hamburg. 1771. 8.

**) EUSTACII tab. XL.

HALLERI *icon.* fasc. VII. tab. VI.

Sed instar omnium ZINNII quondam nostri
descr. anat. oculi humani Goetting. 1755. 4. —
recudi fecit cl. WRISBERG collega coniunctissimus
ib. 1780. 4.

§. 253.

Constat autem quiuis bulbus varii ordinis tunicis, quibus diuersae densitatis pellucidissimi humores complectuntur, ita ut ab antico bulbi segmento fenestrato in fundum vsque ipsi ex aduerso positum, luminis radiis via pateat.

§. 254.

Et extimum quidem bulbi inuolucrum *sclerotica* est (— *Tab. II. fig. 1. a; fig. 2. a.* —) cuius vero anticum quasi hiatum explet perspicibilis *cornea* (— *fig. 1. b.* —), lamellofa, plus minus conuexa, tanquam segmentum minoris globi e maiore paulo prominens. †)

§. 255.

Proxime scleroticae cauum inuestit *chorioidea* (— *fig. 1. c.* —); vasorum sanguiferorum, maxime venarum vorticofarum, diues; vtraque pagina pigmento nigro

†) AD. JUL. BOSE *de morbis cornea ex fabrica eius declaratis.* Lips. 1767. 4.

gro tincta, quod concavae eius faciei muci specie laxe saltim adhaeret.

§. 256.

Chorioidea vero amplectitur denique *retinam* *), intimam communium istarum bulbi tunicarum, ipsius nerui optici [scleroticam et chorioideam perforantis **)] propaginem medullarem, elegantissimae structurae †).

§. 257.

*) B. S. ALBINI *annotat. academ.* L. III. pag. 59 sq. L. IV.
pag. 75 sq. L. V. pag. 66 sq.

**) v. cl. WALTER *de venis oculi &c.* Berol. 1778. 4
tab. I. fig. 2. tab. II. fig. 2.

†) Vasa retinae sanguifera egregiae pulcritudinis in fele viua aquis submersa demonstrare, primus docuit Jo. MERY in *Mém. de l' acad des sc. de Paris,* avant 1699. T. X. pag. 656. et a. 1704. pag. 265.

Pulcherrime vero radiatam retinae faciem e lepore pridem elegantissima iconē exhibuit ZINNIVS *Commentar. soc. scient. Goetting.* Tom. IV. a. 1754. tab. VIII. fig. 3.

e cuniculo nuper cl. FONTANA *sur le vénin de la vipere.* Vol. II. tab. V. fig. 12.

elegantissime plicatam in bubonis oculo coram video.

§. 257.

Terminatur anticus chorioideae limbus cingulo cellulofo, (— *fig. 1. d.* —) quod *orbiculum ciliare* vocant, cuius ope respondentि sulco scleroticae tenacius inhaeret; et a quo binae aliae diuersi generis membranae, iris nempe et processus ciliares, tanquam expansi orbes discedunt.

§. 258.

Iris [cuius postica facies (— *fig. 2. e.* —) pigmento fusco obducta, *uvea* audit,] anterior est, versus corneam leniter conuexa aqueo humore vndiquaque alluta; angustior paulo versus nasum, latior qua tempora spectat. Textura ei cellulosae stipatae, absque vlo fibrae muscularis vestigio; in vniuersum membrana sui generis est, pridem monente Zinnio *), et neutiquam chorioideae propago; antica pagina (— *fig. 1. e.* —) in aliis aliter colorata, et quamdiu vitali turgore viret, floccosam speciem mentiens.

§. 259.

*) *Commentar. societ. scientiar. Goettingens. Tom. IV.*
pag. 199.

Unable to display this page

§. 260.

Posterior binorum quos diximus orbium (§ 257) *ligamentum s. corpus ciliare* audit, retrorsumque magis vergens ab iride distat; limbo extimo crassiore †) adhaeret orbiculo ciliari (§ 257), interiore vero tenuiore marginem capsulae lentis cingit; itidem fusco quod bis iam diximus pigmento perfusum.

Antica eius pagina (— *fig. 1. f.* —) uveae obuersa, striata est,

postica (— *fig. 2. b.* —) vitreo incumbens corpori distinguitur septuaginta circ. plicis elegantissime floccosis, vasorum apparatu ineffabilis plane subtilitatis et pulcritudinis conspicuis, quas *processus ciliares* vocant.

§. 261.

†) Ipsum huncce crassorem limbum in bisulcorum oculis percurrit canalis ciliaris a cl. FONTANA primum visus (*Sur le vénin de la vipere* Vol. II. tab. VII. fig. 8. 9. 10.) et a v. cl. ADOLPH. MURRAY curatus descriptus *nov. actor. Upsaliens.* Vol. III.

O

§. 261.

Continentur autem hocce bulbo cuius membranas hactenus descripsimus, triplicis maxime ordinis *humores*.

Et quidem posticam ac longe maximam globi partem replet *vitreus*, innumeris guttulis in totidem cellulas *membranae hyaloideae* ita distributus, ut vniuersum hocce corpus membranaceo-lymphaticum singularem tremulae gelatinæ speciem præferat.

§. 262.

Antrorum corpus hocce vitreum adhaerentem sibi habet et *zona ciliaris* cingit capsulam, qua *lens crystallina*, aquula Morgagnii circumfusa, continetur.

Ipsa vero lens itidem pellucidissima constat cellulosa, sed longe densiore ea vitrei corporis, tamque paucō scatente humore, vt digitis excepta, tenacissimum sed mirae claritatis aemulari videatur gluten.

§. 263.

§. 263.

Reliquum oculi interni spatium denique *aqueo humore* limpidissimo repletur, et ab expanso iridis orbe in binas *cameras* diuiditur: anteriorem sc. eamque capaciorem, quae corneam ab iride dirimit; posteriorem vero magis arctam, qua utea a ciliari corpore distat.

§. 264.

Pretiosissimae autem hae corporis partes, ut Plinius sen. haud inique vocauit oculos, tam situ suo quo in orbitis reconditae sunt, quam palpebrarum valuatis tegminibus ab externis iniuriis seruantur munitae.

Et *palpebrarum* quidem duplicaturae interiacent multiplici serie coagmentati *folliculi sebacei Meibomiani* *): extremi autem earum margines triplici aut quadruplici serie *ciliorum* †) fimbriati, *tarsis*

O 2 cartilagi-

*) H. MEIBOMII *de vasis palpebrarum nonis ep.* Helmst.
1666. 4.

†) B. S. ALBINI *annotat. academ.* L. III. tab. III. fig. 4.

cartilagineis expansi sustinentur, motusque eorum super bulbo iisdem facilitatur.

Superiora autem, vt Ciceronis verba mea faciam, *supertiliis* obducta, sudorem a capite et a fronte defluentem repellunt, et nimiam quoque lucem quodammodo arcent.

§. 265.

Lubricandis denique oculis et nitori eorum conferuando et heterogeneis eluendis inseruiunt *lacrumae*, quarum princeps fons glandula est conglomerata in orbitae tecto exteriora versus recondita. Numerosi ei sunt, sed tenerrimi ductus excretorii, quos in utroque oculo per nycthemerum ad binas circ. uncias lacrumarum excernere ferunt: quarum posthac resorptioni destinata sunt puncta lacrimalia, unde porro per cornua sic dicta limacum in faccum eiusdem nominis, exinde vero denique in narium meatum infimum deferuntur.

§. 266.

§. 266.

Tantum de fabrica organi visus praemittere necesse erat. Iam ad ipsas eius functiones, scilicet visus rationem accedamus.

Lucis itaque radii acutiore angulo, quam qui 48 graduum est, in connexam corneam incidentes, eandem transeunt; et quidem ut tam densitas quam figura huius medii affert, insigniter in ea ipsa, minus paulo in humore aqueo ad axin refringuntur.

Quotquot dehinc eorum pupillam per vadentes in lentem illabuntur ipso hocce magis adhuc denso medio, magis quoque adhuc refringi necesse est.

Vitrei vero tenuioris iterum medii ope cauetur, ne nimis breui foco coëant, sed is ipse elongatus in retinam incidat, rerumque obiectarum imaginem, eamque, ut natura rei fert, inuersam exhibeat.

§. 267.

Et quidem ea diuersa istorum mediumrum densitas summum diuini creatoris

opificium declarat, utpote qua dupli aberrationi radiorum, ob diuersam nempe refrangibilitatem colorum, et ex figura lentium, ita medetur, ut radii nihilo minus in eundem denique focum colligantur †).

§. 268.

Celebre autem problema, quo quaeritur, quomodo ergo erecta videamus obiecta, quorum tamen imago inuersa retinae exhibetur, facile videtur solutu consideranti, inuersa vocari non nisi respectu habito ad alia, quae erecta exhibentur.

Nunc vero, cum non quorundam faltem sed omnium ac singularum rerum obiectarum, et nostri ipsius corporis &c. imagines eodem plane relatiuo situ a retina excipiuntur, omnium ac singulorum situs et relatio aequa bene sibi respondent

ac

†) v. LEON. EULER *sur la perfection des verres obliques des lunettes* in *Mém. de l'ac. des sc. de Berlin.* 2.
1747. pag. 274.

ac si reuera erecta exhibita fuissent, ita ut animae (cui non ipsa haec imago sed sensus saltim eius illapsu excitatus communicatur) ab omni confusionis errore perfecte cautum sit †).

§. 269.

Cum autem longe plurimae ad acute et distincte videndum requirantur conditiones, iisdem multifariis quoque functionibus partium mire prospexit creator.

Et primo itaque cum sufficiente quidem ast definita tamen neque nimia et perstringente lucis quantitate ad claritatem visus opus fit, dupli modo ita cautum est, ut primo pro ratione fortioris debiliorsue luminis maior minorue quoque eius radiorum quantitas in lentem illabatur; tum vero etiam ut adhuc superflua et claritati officiens eius pars abforbeatur.

Prius efficitur iridis motu; posterius pigmento nigro,

O 4

§. 270.

†) cf. cl. GRIMM *de visu*. Goetting. 1758. 4.

§. 270.

Iridi ea memorabilis inest mobilitas, qua se lucis rationi ita accommodat, ut fortiori luci exposita expandatur et pupillam arctet, debiliori vero luce affecta ipsa retrahatur et pupilla dilatetur. †)

Hunc motum diuersimode explicare fategerunt physiologi; aliis eundem ex vario sanguinis in vasa eius impulsu declarantibus, aliis putatios iridis musculos fingentibus, quibus eum committerent &c. Neutrum vero locum habere posse, sed longe probabilius et magis naturae phaenomenis accommodate causam iridis motus proximam ex vita eius propria (§ 47.) repetendam esse, singulari scripto nuper ostendi; remotiorem, ut supra iam innuimus (§ 255), vero non nisi ex ipsius sensorii reactione deriuare licebit.

§. 271.

†) ZINN de motu uveae 1757. in *Commentat. societatis scientiar. Goettingens.* Tom. I.
cl. FEL. FONTANA dei moti dell' iride Lucc. 1765. 8.

§. 271.

Pigmenti autem fusci, cuius toties iam meminimus (§ 255. 258. 260.), functio, vt nempe superfluam lucem absorbeat, et magna hinc eius ad bene videndum dignitas, praeter alia argumenta ex animantium varii ordinis oculorum dissectione haurienda, maxime leucaethiopum morbosam constitutione demonstratur, quibus ex defectu huius pigmenti molesta visus teneritudo et lucis impatientia nascitur †).

§. 272.

Porro vero requiritur, vt focus refractorum radiorum rite se ad retinam habeat, ita vt punctum visionis neque nimis elongatum pone eam, neque nimis breue vitreo corpori incidat.

Posteriorius vitium myopibus est convexiore cornea et lente magis gibba praeditis.

O 5 priore

†) Pluribus de iis egi tam L. *de generis humani varietate nativa* ed. 2. pag. 106 - 122. quam diff. de oculis leucaethiopum.

priore vero presbytae laborant, utpote quibus contraria earum oculi partium conformatio contingit.

§. 273.

Cum vero perfecte sanus oculus et remotiores et propiores obiectas sibi res aequa distincta cernere possit, eundem peculiaribus eo fine instructum esse facultatibus oportet, quibus se pro varia ea obiectorum distantia accommodare possit *); et hasce quidem mutationes oculi internas maximam sane partem perfici pressione muscularum bulbi rectorum, praeter alia argumenta luculentissime doceor singulari plane fabrica et obsequiosa flexilitate scleroticae in phocae Grönlandiae oculo, cui animanti amphibio cum alternis per adeo diversae densitatis media videndum sit, natura ea fabricatione ad amissim prospexit †).

§. 274.

*) cl. H. W. MATH. OLBERS *de oculi mutationibus internis* Goetting. 1780. 4.

†) *Commentat. societ. scient. Goettingens.* T. VII. p. 62.
fig. II. f. g. b.

Unable to display this page

Unable to display this page

nam et neonati itidem diplopes videntur,
et post varios oculorum morbos itidem
aliquamdiu superstes visa est diplopia, vnu-
demum et exercitatione superabilis.

§. 277.

Caeterum vtriusque oculi iuncta acies
eam singuli oculi ex Jurini asserto non
nisi decima tertia parte superat.

Quid quod, pridem obseruante summo
pictore Leon. da Vinci ad distantiam
obiectorum iudicandam vnico tantum vti
oculo praestat †).

§. 278.

In vniuersum autem oculi aciem eo
redire, vt visionis angulus ad minimum
34 minutis *secundis* maior esse debeat, ele-
gantissimis experimentis demonstravit vir
summus, quondam noster, Tob. Mayer:
simulque summam humani oculi perfectio-
nem et exinde comprobauit, quod iste
terminus

†) cf. LAMBERT sur la partie photométrique de l'Art du
peintre in Mém. de l' ac. des scienc. de Berlin a.
1768. pag. 80 sq.

terminus visionis quavis sub luce, situe solis meridianae, situe debilis lucernae sibi perinde fere similis maneat, ita ut vel tantopere imminuto lumine vix tamen quicquid de claritate visus decedat †).

§. 279.

Ad infinitam exinde minutiem imaginum rerum obiectarum concludere licet, quae in retinam proiiciuntur ‡), et quae nihilominus tanta vi eidem quasi imprimitur, ut certis sub circumstantiis vestigia earum supersint adhuc, etiam si obiectum ipsum non amplius oculo obueretur *).

†) TOB. MAVER *experimenta circa visus aciem in Commentar. soc. scient. Goettingens.* Tom. IV.

‡) DE LA HIRE *accidens de la vue* pag. 375.

*) GASSENDI *vita PEireskii* pag. 175 sq. ed. Hagens.

1655. 4.

el. FRANKLIN'S *Letters on philos. subjects ad calcem Exper. on electricity.* Lond. 1769. 4. p. 469 sq.

cl. ROB. WAR. DARWIN *experimenta noua de spectris s. imaginibus ocularibus, quae obiectis lucidioribus antea visis, in oculo clauso vel anerjo percipiuntur.* LB. 1785. 4.

Sed maxime cf. de hisce, multisque aliis affinis visus phaenomenis elegantissima obseruata
cl. MEISTER in *Hamburg. Magaz.* Vol. XXIII. P. III.

SECTIO

Unable to display this page

§. 281.

Suscipiendis autem et conseruandis hisce ideis sensuum adminiculo comparatis, iisdemque rite dehinc vtendis, non vnius generis inferuiunt animae facultates a corporeis, quae vidimus viribus vitalibus toto quidem quod aiunt coelo diuersis (§ 42.), neruosi tamen systematis ope proxime cum ipsis corporeis viribus ita iunctis, vt mirum exinde animi et corporis commercium nascatur et alatur (§ 210 sq.).

§. 282.

Et prima quidem earum virium, ea que quasi in inferiore gradu posita, facultas est *pertipiendi*, cuius ope anima impressionum in sensuum organa factarum conscientia fit.

§. 283.

Iuuat autem eam facultatem, alia, ea que altioris dignitatis *attentio*, quae animum in ideam aliquam excitatam ita dirigit, vt de ea vnice et quasi tota cogitet.

§. 284.

§. 284.

Conseruandis autem ideis, quae perceptae erant, iisdemque viuidius quoque excitandis et associandis inferuiunt aliae binae facultates, quas *sensus internos* vocant, memoria nempe et phantasia; quae et si valde affines sibi sunt, ita tamen distinguendae ut *memoria* signis magis rerum arbitrariis recipiendis et custodiendis inferuire videatur; †) *phantasia* e contrario ipfas potius imagines suscitet, tanquam praesentes denuo exhibeat, illustret; et quidem viuidissime eas quae aut voluptatis aut taedii sensum excitant.

§. 285.

In vniuersum autem eadem grata ingratiae sensationis varietate nititur quoque facultas appetendi et auersandi, et si rem subtilius pensitemus, totius *voluntatis* fundamentum.

§. 286.

†) G. GOTTL. RICHTER *de natura, labe, et praefidiis memoriae humanae* Goetting. 1752. 4.

cl. E. PLATNER *de vi corporis in memoria* Spec. I. II.
Lipf. 1767. 4. recus. in cl. BALDINGERI *sylloge opusc.*
medico-pract. Vol. III.

P

§. 286.

Et ex eodem phantasiae fonte derivandi etiam sunt animi *affictus* f. commotiones, quibus singulos homines pro multifaria maxime temperamentorum diuersitate (§ 59) aequa diuersimode subiectos esse videmus, et quorum intima et momentanea cum corporis functionibus consensio numerosis exemplis luculentissime patescit †); ita ut v. c. vix ullum sit animi pathema, quod non in cordis motum aut ciborum appetitus et digestionis rationem aliquam vim exferere valeat; ut singulares effectus taceamus, quibus v. c. pudor in erubescientiam, amor aut odium in sexuales functiones, ira in bilis secretionem &c. agere constat.

Quid quod et respectu istorum effectuum, quos animi commotiones in corporis oeconomiam exercent, eosdem generatim in excitantes et deprimentes dividere licet.

Prioris

†) cf. desideratissimi DE MAREES elegans *de animi perturbationum in corpus potentia specim.* Goett. 1775.4.

Prioris ordinis sunt gaudium, amor, spes, ira &c.

Posterioris timor, tristitia, nostalgia aliaeque desiderii species, terror, inuidia.

§. 287.

Hactenus enarratae animi facultates brutis cum homine communes sunt, et si hic perfectione earum ista impense plane supereret; cum nulli v. c. animantium memoria tam ingentis ambitus et tam ferreae quasi tenacitatis; nulli tanta phantasiae viuacitas et animi pathematum lethalis subinde vehementia &c.

§. 288.

Summa tamen humanae mentis praerogatiua in eo consistit, quod ea sola ac vnica *rationis* vsu polleat, cuius nempe ope iudicare, ideas abstractas sibi formare valet, &c. et cuius praeterea summa quoque in plerasque reliquas animi facultates potentia est; cum reliquis animantibus multifarii eius loco *instinctus* s. coeci et inuoluntarii impetus concessi sint, ad actiones fini-

bus suis respondentes subeundas; quorum
e contrario, praeter venereos stimulos, vix
vlli homini competitunt.

§. 289.

Ingens autem diuersitas, qua animales
instinctus et humana ratio ab iniucem ab-
horrent, meridiana luce clarius patescet
consideranti

instinctus connatas esse facultates, ra-
tionis e contrario usum non nisi cultura
et educatione acquiri:

instinctus sibi similes manere, neque
augeri &c. rationis vero usum limitum
plane expertem esse:

instinctus statutae faltem cuiusuis anima-
lium generis vitae rationi, climati &c. ad-
aequatos esse, et vel ex eo capite homini
plane non conuenire, utpote cui nulli
climati, nulli vitae generi adstricto uni-
versus habitationi destinatus sit terrarum
orbis: ex qua autem ipsa illimitata prae-
rogativa multifaria quoque oriuntur desi-
derata quibus simplex instinctus neutiquam
respon-

respondisset, rationis vero usus aequem multifario modo ad amissim satisfacere potest.

Denique vero et alia rationis usum sequitur hominis prerogativa, loquelae scil. usus, quem supra iam tetigimus (§ 154), et qui ipsis unico ac foli conuenit, cum brutis e contrario non nisi vox concessa sit.

SECTIO XXIII.
DE
IIS CORPORIS ACTIONIBVS
QVAE VOLVNTATIS ARBITRIO
SVNT OBNOXIAE.

§. 290.

Duplici defungi nenuos officio vidimus (§ 214). Altero sentiendi; mouendi altero. Prioris rationem hactenus prosecutus sumus. Iam vt paucis de postremo agamus restat.

§. 291.

Et quidem in vniuersum partium humani corporis motus ita ad duas classes reuocare solent, vt alii voluntatis arbitrio regantur, alii non item.

Huius exempla vulgo citantur rhythmus cordis, tum intestinorum aliorumque quorun-

quorundam viscerum motus peristalticus
&c.

Istius vero ordinis censentur longe plerorumque reliquorum muscularum motus.

Denique autem ambigitur adhuc de nonnullorum indole, ut respirationis, sternutationis, tensionis membranae tympani, &c. quos alii ad arbitrarios, alii ad involuntarios, alii ad mixtos referunt.

§. 292.

At enim uero curatius ea diuisione penitata facile intelligitur grauibus eam premi difficultatibus, ita ut sane limites inter eiusmodi classes definire vix sit possibile.

Pauci enim ab una parte excitari poterunt corporis nostri functiones, in quas voluntatis imperium plane nullum esse dicere liceat, maxime si et imaginationis et animi pathematum cum voluntate con-nubium species.

Ab altera autem, exempla sunt functionum muscularium, quae etsi natura sua plane arbitrariae sint, vi tamen consuetudinis, (cuius in uniuersum summum est circa motus animales momentum et dignitas,) quasi inuoluntariae redduntur.

§. 293.

Posterioris generis sunt primo loco eiusmodi musculares motus, qui etsi alias voluntate regantur, certis tamen sibi circumstantiis inscio, imo vero et inuitu subinde animo agunt.

Ita v. c. *inuita* contingit nobis noctitatio appropinquante versus oculum dito amici, etiamsi non tangat; — aut flexio digiti annularis, quae nempe in plerisque hominibus digiti minimi flexionem sequi solet &c.

Instio vero animo artus quandoque mouemus quamuis altissimo sepulti somno.

Ab

Ab altera vero parte exempla etiam sunt muscularum, qui etsi longe plerumque voluntati rite obedient, quibusdam tamen in casibus eam sequi recusent: quo v. c. referre licet difficultatem, manu et pede *eiusdem* lateris *contraria* directione circulum describendi, aliisque id genus motus, qui etsi voluntarii et quidem ex facillimis sient, si singuli exerceantur, difficilime tamen peraguntur quoties certis quibusdam aliis motibus iunguntur †).

§. 294.

Quod vero eos motus attinet, quos nullatenus voluntatis imperio obnoxios esse censem, vix praeter uteri ad partum spasmus, alium noui omni exceptione maiorem.

De cordis enim pulsu celebris extat historia Angli tribuni militum, quem cordis et arteriarum motum pro arbitrio supprimere potuisse, grauissimorum medicorum

P 5

Bay-

†) cf. WINSLOW in *Mém. de l'ac. des scienc. de Paris*

Baynardi et Cheynei autoptarum habemus testimonium †).

Et ventriculi motum voluntarium esse posse, vt ruminatio in vniuersum docere videtur, ita luculentissime in viro compri ruminante, cui ea affectio plane arbitraria erat.

Iridis motus etsi in longe plerisque hominibus inuoluntarius sit, accepi tamen ab idoneis testibus exemplum viri, qui eidem, adhibitō quodam singulari nixu, impetrare et pupillam etiam in tenebricosa luce arctare poterat.

Et ita multifaria sunt motuum genera quae etsi plerumque absque animae imperio peragantur quibusdam tamen hominibus voluntarii sunt, praesertim si attentio *) et phantasiae sufflaminatio accesserit. Ita noui homines, qui quovis momento sibi spasmodicam cutis horripilacionem

†) CHEYNE'S *Treat. of nervous diseases* p. 307 sq.

*) cf. *Rapport des Commissaires chargés par le Roi de l'Examen du magnétisme animal.* Paris. 1784. 4.
pag. 16.

nem excitare possunt, simulac ingratarum
quarundam sensationum ideam sibi resu-
fcitant & f. p.

§. 295.

Explicare haec forte liceret ex reactione
sensorii, quae aequa bene imaginationis
ope, stimulum agentem repraesentantis,
quam stimulo ipso reuera in sensorium
agente, excitari posse videtur. Sunt fane
quamplurima oeconomiae animalis phae-
nomena eiusmodi explicationi egregie re-
spondentia; vt variae v. g. cauffae ere-
ctionem virilis virgae excitantes &c.

§. 296.

De voluntariis motibus in vniuersum
id denique adhuc annotare liceat, esse
eos ex characteribus primis et principibus,
qui animale regnum a vegetabili distin-
guunt: vtpote qui vti nulli vnquam plan-
tae conueniunt, ita e contrario neque a
longe simplicissimis animalium generibus
absunt.

§. 297.

§. 297.

In nobis meti p̄fis autem iidem motus luculentissimum praebent documentum intimae harmoniae, qua anima cum corpore suo conspirat, quod vel rapidam celeritatem cogitanti patebit, qua exercitati fidicinis digitorum, aut cuiusuis loquentis organorum sermonis multifarii motus se excipiunt.

SECTIO XXIV.

DE
MOTU MUSCULARI.

§. 298.

Proxima autem longe plerorumque corporis nostri motuum organa, musculi sunt, qui inter omnes eiusdem partes similares maximam molem constituant.

§. 299.

Duplici autem praesertim charactere a reliquis partibus similaribus distinguuntur musculi; altero a fabrica eorum defumto; altero quem singulare vis eorum vitalis genus praebet.

§. 300.

Fabrica vero ea ^{†)} carnea est ex fibris sui generis, pallidissime subrubellis, ita compacta ut quisque musculus ex fibrosis primo

^{†)} E. S. ALBINVS *bist. muscular, hominis* L. I.

primo lacertis, lacerti porro e fibrarum fasciculis, hi autem iterata huiusmodi progressiva diuisione denique ex minutissimis ictis fibris et fibrillis carneis constet †).

§. 301.

Cingitur autem musculus cellulofo involucro, quod ipsum in substantiam eius penetrans totique quasi intertexta, lacertis primo, tum fasciculis, denique ipsis etiam fibris et fibrillis sepimento fit.

§. 302.

Praeterea autem vniuersa muscularum compages infinitis plane vasis sanguiferis et filis nerueis perreptatur; e quibus haec in inuisibilem pulpam deliquescere et cum fibris muscularis intime commisceri videntur; ista vero vel tenerrimis hisce fibris ita intertexta sunt, ut totis ictis carnibus exinde satur nascatur sanguinea rubedo,
qua

†) De microscopica harum fibrarum motricium indagine cf. WYER. GUL. Muys de carnis muscularae structura. LB. 1730. 4.

cl. PROCHASKA de carne musculari Vienn. 1778. 8.

qua vero elota; natius ipsis restituitur quem diximus (§ 300) pallor.

§. 303.

Plerisque denique muscularis et hoc accedit, quod in tendines abeant, partes itidem quidem fibrosas, attamen adeo diversissimae indolis †) respectu coloris, texturae, elateris &c. ut facillimo negotio vtriusque generis fibrarum discrepantia patescat, et ea physiologorum opinio refutetur, qui tendineas fibras e muscularibus sensim subnasci putauerunt, eo praeferentim phaenomeno seducti, quo infantium muscularis, si cum iis adultorum comparaueris, proportione plus inesse carneae partis quam tendinosae constat.

§. 304.

Alter quem citauimus (§ 299) musculari character exclusivus, *irritabilitas* est Halleriana *), cuius notionem et a tractilitate

†) cl. ADOLPH. MURRAY *de fascia lata* Upsal. 1777. 4.
pag. 6 sq.

*) Hallerianam voco irritabilitatem non quod primus inuenierit eam Goettingensis scholae fidus,
qui

tractilitate differentiam supra quidem iam exhibuimus (§ 44), vltiorem autem eius indaginem heic loci prosequamur.

§. 305.

Est autem haec irritabilitas, scilicet vis muscularis, scilicet insita sive propria, omnibus partibus musculosis communis quidem, sed non omnibus eodem gradu, utpote quo aliae partes alias longe antecellere observatum est †).

Princi-

qui ipse vir summus toties antecessorum suorum a GLISSONII inde temporibus de irritabilitate placita laudauit, sed quod primus eandem pro dignitate prosequutus fuerit, innumeris viuisectionibus illustrauerit, auxerit, totiusque ab ipso ita instauratae doctrinae summam in vniuersa oeconomia animali vim et potentiam demonstrauerit; tum vero etiam ut eandem a GAUBII irritabilitate distinguam, qui vir meritissimus eam physiologicam vocem ad morbosam sensilitatem solidi viui transstulit.

†) v. HALLER de partibus c. h. irritabilibus in *Commentar. soc. sc. Goetting.* T. II.

et de iisdem in *Nov. Commentar. Goetting.* T. IV.

Ex innumeris aliis de eodem capite auctoribus citasse sufficiat

cl.

Principatus debetur muscularis causis qui functionibus vitalibus et naturalibus inferuiunt, et quidem inter omnes ut supra iam dictum est (§ 118) eminent cor, cuius praesertim interior superficies viuacissima et maxime diuturna gaudet irritabilitate.

Proxime cor excipit ea prerogativa tubus intestinalis, in primis tenuium: quae et in calidi sanguinis animantibus quandoque adhuc irritata contrahuntur, silente iam corde ipso.

Haec sequitur ventriculus,
hunc vesica vrinaria &c.

Inter reliquos musculos insignis iterum est irritabilitas eorum qui respirationem spectant, ut diaphragma, intercostales, triangularis sterni.

Sequuntur

cl. ZIMMERMAN *de irritabilitate* Goett. 1751. 4.

cl. OEDER *de eadem*. Hafn. 1752. 4.

JAC. EBERH. ANDREEAE (praef. PH. FR. GMELIN) *de ea-
dem*. Tubing. 1758. 4.

Alios nonnullos iam passim diximus.
vt et integras tres collectiones scriptorum ad
eandem facientium (v. pag. 166.)

Q

Sequuntur ceteri musculi.

Minor, ast aliqua tamen ineſt arteriis
(\\$ 123)

item truncis venarum thorace contentis
(\\$ 84).

Adhuc minor, si genuina eſt irritabilitas, reliquis venis sanguiferis (\\$ 127).

§. 306.

Aliis quibusdam partibus magnus ipſe in ea doctrina arbiter, Hallerus, irritabilitatem male tribuisse mihi videtur, quae quidem *contracilitate* (\\$ 50 sq.) praedita eſſe experimentis comperi, irritabilitatem vero nunquam in iisdem obſeruare potui.

Pertinent huc venae lacteae, glandulae, vesica fellea, vterus, tunica dartos et virga virilis.

Sed non maiori iure ab aliis tributam video irritabilitatem iridi, extimae pulmonum faciei &c. quibus tamen omnibus partibus si quid recte video non magis ea

vis

Unable to display this page

Unable to display this page

fibrae muscularis texturae tribuere, quam
neruis eandem imputare, qui tot aliis cor-
poris partibus cum muscularis communes
sunt, attamen ne tenuissimum quidem
vllae irritabilitatis vestigium in ipsis exci-
tant. Taceo tot alia magni ponderis ar-
gumenta exinde v. c. petita, quod nulla ob-
seruetur relatio gradum inter irritabilitatis
partis cuiusdam et neruorum copiam ad
eandem accedentium & s. p.

§. 308.

Ipsae autem neruorum summae partes
quibus vtique in musculos agere notissi-
mum est, eo potius redire videntur, vt
tanquam *remotiores f. excitantes* motus mu-
scularis caussae considerari possint, mi-
nime vero cum *proxima f. effidente* con-
fundi debeant, quae sola ac vnica infita
musculofae carni irritabilitas erit.

Agunt v. c. animi pathemata in sen-
forium, reagit hoc in neruos cordis ita vt
irritabilitatem eius excitent, quae palpi-

Q 3 tationem

tationem aliasue motus eius anomalias efficit.

Agit voluntas in sensorum, reagit hoc in nervos brachii, hique tunc eodem modo tanquam remotiores caussae motum muscularem excitant, qui vero proxime ab ipsa irritabilitate efficitur & s. p.

§. 309.

Et huicce quidem vtriusque generis causarum ad motum muscularum concurrentium distinctioni ad amissim respondent experimenta, quae tam de paralysi partium quae sectis aut ligatis nervis ad eas pertinentium superueniunt †), quam de irritabilitate nihilominus tunc diutissime subinde superstite, toties capta sunt.

§. 310.

Quaenam vero sanguinis quo musculi plenissimi sunt (§ 302) ad actionem eorum sit efficacia nondum adhuc liquido constat.

Steno-

†) Jo. H. v. BRUNN *experimenta circa ligaturas nervorum in viuis animalibus instituta* Goetting. 1753. 4.

Stenonianum fane experimentum *) ita plerumque cedere solet, vt ligaturam aortae abdominalis itidem insequatur paralysia crurum posteriorum †).

§. 311.

Praeter insitas hasce quas adhuc indagauimus vires muscularum communes, singulis iam accedunt propriae et aduentitiae, ex varia eorum figura, situ &c. oriundae, mechanismo cui destinatae sunt ad amissim respondentes.

§. 312.

Et in uniuersum quidem eo ex capite musculi diuidi solent in cauos et solidos; quorum isti ut vidimus voluntatis imperio non proxime subiecti ad vitales et naturales magis functiones pertinent, ideoque non amplius huius loci sunt, vbi de voluntariis ut vocantur, qui nempe ad animalium functionum ordinem spectant, loquimur.

Q. 4

§. 313.

*) STENONIS elementor. myologiae spec. Florent. 1667. 4.
pag. 86.

†) v. COURTEN in philos. Transf. No. 335. p. 500.

v. HALLER in Commentar. soc. sc. Goetting. T.IV. p. 293.

§. 313.

Verum et hos ipsos ingens intercedit differentia. Ut enim de varia eorum magnitudine taceam, diuersissima ipsis est lacertorum et fasciculorum dispositio ac fibrarum directio, partisque praesertim carneae ad tendineam habitus et relatio, denique et decursus ac insertionis ratio &c.

§. 314.

Longe plurimis tamen fusiformis plus minus oblonga est forma, ita ut ventricofae eorum carnes vtrinque in tendineas abeant funes, inertes quidem et omnis irritabilitatis expertes, qui ossibus plerumque infixi vectium more eos mouent.

§. 315.

Vti enim paucissimi sunt musculi tendinibus destituti, qualis est latissimus colli; ita et tantum non omnes ossibus affiguntur, excepto nempe iterum quem modo citauimus, it. cremastere vt vulgo se habet, azygo uvulae, plerisque qui oculi bulbum mouent &c.

§. 316.

§. 316.

Istis autem viribus tam communibus (§ 304 sq.) quam propriis (§ 311 sq.) instructi musculi actionibus suis defungendis apti sunt, qui itidem in communes et proprias diuidi possunt.

§. 317.

Communis, quae nempe proxime ex irritabilitate fluit, omnibus est, ut carnes eorum breuiores fiant, rigidiiores, plerumque etiam inaequabiles ac quasi angulofae, et quod celebri experimento Glissoniano †) constare videtur, ut simul detumescant paulo.

Mensuram vero istius imminutionis cum Jo. et Dan. Bernoullio aliisque iathromathematicis ad communem calculum reuocare, vetat praeter alia ingens differentia eo respectu primo musculos

Q 5 cauos

†) GLISSON *de ventriculo et intestinis* pag. 191 sq.

Sed prior iam idem experimentum Londinensi scientiar. societati exhibuerat JONATH. GODDARD. v. BIRCH's *hist. of the royal Society* Vol. II. p. 356.
411 sq.

cauos et solidos; tum vero etiam hosce posteriores ipsos intercedens.

§. 318.

Actiones muscularum propriae (§ 316) viribus eorum propriis respondent, et quod per se exinde fluit, adeo infinitis modis variant, ut ad nullas plane generaliores leges referri possint.

Quae enim vulgo statuitur regula, quemuis musculum attrahere dum agit obsequiosiorem partem cui infigitur versus alterum magis fixum, ea ipsa ex sapiente Winslovii monito †) quam maxime relativa et diuersis limitationibus obnoxia est; ita ut v. c. ex duabus ipsis partibus modo haec modo illa mobilior reddi possit, quando altera interim *coniuncta* plurium aliorum muscularum actione figitur et stabilis redditur.

Sed et contraria ratione flexorum actio et si plerumque antagonistis suis extensoribus ita praeualere videntur ut corpore perfecte

†) *Mém. de l'ac. des scienc. de Paris* 1720.

perfecte quieto brachia, digiti &c. paulo flexi sint, non tamen vnicē ex vi quam ad eam flexionem subeundam impenderē videntur, sed maxime ex voluntaria laxatione extensorum, quibus ipsis succurrimus quasi, aestumari debet.

§. 319.

Quibus omnibus denique accedit pecuniaris cuiusuis musculi *mechanismus*, singulis quibus proxime destinatus est motibus adaequatus †).

Iuvant eum praeter statutam cuiusfiguram, non vnius generis alia admixtula, vt ligamenta annularia quibus nonnulli cinguntur; adeps, qua plurimi perfusi sunt; ros lymphaticus quo ad vnum omnes scatent; et quod primo loco citari oportebat, sceleti ipsius conformatio, maxime quod apophysium structuram attinet, tum quod articulationum coniunctionem; quid quod et integra ossa, vt patellas

†) Jo. ALPH. BORELLVS *de motu animalium* Rom, 1680
sq, II Vol. 4.

patellas et ipsis similia sesamoïdea vnice motui quorundam muscularum facilitando destinauit natura.

§. 320.

Compensatur ita aut faltem minuitur ea ineuitabilis virium iactura, quae ex vniuersi corporis conformatione et statura necessario fluit, vbi ob acutum multorum muscularum insertionis angulum, aut huius prope hypomochlium vicinitatem multum eius vis decedit, quam si remotiore loco aut obtusiore angulo eos funes insertos fingimus, iidem exferere potuissent.

§. 321.

Et sic quidem corpori nostro circ. 450 et quod (pro sexuali aut individuali varietate) excurrit, muscularis instructo, duplex nascitur summi momenti commodum, mobilissimae cum membrorum tum vniuersi corporis agilitatis, et mirandi eiusdem roboris laborumque patientiae. Vtrumque partim quidem ab ipsa muscularum perfectione

fectione pendet, ad quam non minus ac
ad ipsorum ossium perfectionem adolescenti
demum aetate pertingimus, partim vero
vsi quoque demum ac exercitatione ac-
quiritur, quae quantum in musculis tam
roborandis quam agillime mouendis va-
leant, funambulorum, saltatorum, cur-
forum, athletarum, baiulorum et barbaro-
rum aut quos prisca tulit aetas hominum
exempla demonstrant.

SECTIO

SECTIO XXV.

DE
S O M N O.

§. 322.

Vtraque neruosi systematis actio, cuius historiam hucusque absoluimus, sentiendi sc. et mouendi, ita fatigatur diurno vnu vt nocturna ipsi quiete opus sit ad refocillandas vires, quas quidem gelidae mortis imago, *somnus* †), restituit.

§. 323.

Est autem somnus functio perfecte periodica, qua commercium animi cum corpore suspensum quasi filet, et cuius phænomena iam sigillatim recensenda, si quae alia, fluido cuidam nerueo non inepte respondere videntur.

§. 324.

†) STEPH. DICKSON *de somno* Edinb. 1783. 8.ROB. CLEGHORN *de eodem argumento.* ib. eod. 8.

§. 324.

Sunt autem praeter alia praecursores et nuntii somni magis magisque sensim ingrauescens sensuum externorum hebetudo, et muscularum plerorumque voluntatis arbitrio subiectorum, maxime longorum, relaxatio; sanguinis item venosi versus cor congestio, et incommodi inde nati oscitationis ope leuamen; denique etiam in ipso quasi ultimo vigiliarum et somni limine, et vnius in alterum transitu singularis cuiusdam delirii breuis species.

§. 325.

Ipsa tunc somni phaenomena eo red-eunt, ut animales functiones in totum si-leant, reliquae autem ad vnam fere omnes segnius paulo et quasi torpidae procedant: nam et pulsus somno sepultis lentior, et calor animalis ceteris paribus aliquanto imminutus, ut et perspiratio parcior, digestio iniquior, excretiones (si ab ea rariore masculi seminis discesseris,) sup-pressae &c.

§. 326.

§. 326.

Caussae quae somnum inducunt *remotiores*, in promptu sunt. Ut enim ipsa narcotica taceam, maxime illuc faciunt virium animalium dispendium ex fatigatio-
ne praegressa, aut vigiliis &c.; vis con-
suetudinis, et quae ex eodem partim fonte
vires suas somniferas habent tenebrae,
silentium, quies &c.; tum et lenes et vni-
formes et continuae in quosdam sensus
agentes impressiones, ut murmur riuuli
aut aspectus segetis zephyro agitatae &c.;
porro pastus praegressus †), frigus inten-
sius corporis periphericum *), aliaque
sanguini-

†) cl. DAN. LANGHANS *de canis ortae a pastu somnolentiæ* Goetting. 1747. 4.

* Hinc periculi plenissima et tamen fere inuincibilis totiesque lethifera somnolentia rigente sub dio ho-
mines corripiens, cuius placidissimi quideam mortis
generis numerosa lugubria monumenta in niua-
libus Sti Gotthardi cacuminibus vidi.

Similia pericula, quae cl. BANES cum SOLAN-
DO aliisque sociis in *tierra del fuego* subiit
graphicè describuntur in priore COOKII orbis
periplo apud cl. HAWKESWORTH Vol. II. pag.
47 sq.

sanguinem ab encephalo deriuantia, pediluuia, clysmata, ipsae denique grauiores haemorrhagiae & f. p.

§. 327.

Et ipsae istae quas posteriore loco diximus remotiores causae ad *proximam* ducere poterunt, utpote quam, omnibus collatis, in imminuto sanguinis versus encephalum tendentis flumine ponendum esse, verisimillimum videtur.

Respondet huic caussae singulare phaenomenon, quod mihi ipsi oculis usurpare licuit in homine viuo, cuius supra iam memini, cui, quoties et quamdiu dormitabat, cerebrum simul desidebat, interdiu vero vigilanti copiose sanguine turgebat.

Respondet etiam eidem ab altera parte
peruigilium, quod nempe sanguinis versus
caput congestiones sequi solet.

§. 328.

Somni mensura quidem magnam partem ab aetatis, corporis habitus, tempera-
R menti

menti &c. varietate pendet: in vniuersum tamen omnia eo conspirant, longiorem somnum aut imbecillitatis comitem esse, (vt in tenellis infantibus et silicerniis vide-mus,) aut fatuitatis et torporis uberrimum fontem.

§. 329.

Somno refecti exergiscimus, et is quidem in vitam reditus similibus fere ac ex ea in somnum transitus stipatur symptomatibus; oscitatione sc. quam vero tum plerumque pandiculatio comitatur, sensuum etiam aliquali hebetudine & f. p.

§. 330.

Cauffae vero euigilantes, iis quae somnum inducunt respondere videntur:

proxima nempe erit sanguinis fluentum copiosius ad encephalum rediens.

remotae, praeter consuetudinis vim, cuius heic magna potentia est, stimuli varii generis, sintue externi sensus sopitos excitantes, sintue interni, iidemque aut in corpus

Unable to display this page

est tamen quandoque ut et rationis miranda testentur vestigia *).

In vniuersum autem magna corporeorum stimulorum ad excitanda somnia videtur esse potentia, seminis v. c. ad lubricas species, nimiae repletionis ad anxia vifa &c. Imo exemplum accepimus relatum hominis, cui dormienti somnos pro lubitu fuscitare poterant amici, quando leniter eumdem alloquendo somnii materiem suppeditabant †). Verum hoc ad mixtum praeter naturam statum somni et vigiliarum referendum videtur, quo et vere morbofa noctambulonum affectio spectat ‡‡).

Sed et in vniuersum somnia pro eiusmodi status mixti specie habere placuit Lockio aliisque.

*) cfr. v. c. quae de se ipso retulit huc facientia cl. HOLLMANN *pneumatolog. psycholog. et theol. natural.* Goetting. 1780. 8. pag. 196.

†) cl. BEATTIE *dissertations moral and critical.* Lond. 1783. 4. p. 217.
cf. CLEGHORN l. c. p. 38 sq.

‡‡) G. GOTTL. RICHTER *de statu mixto somni et vigiliæ quo dormientes multa vigilantium munera obeunt* Goetting. 1756. 4.

SECTIO XXVI.

DE

VICTV EIVSQVE APPETENTIA.

§. 332.

Vt virium animalium dispendium somno, ita naturalium et ipsorum corporis elementorum successiva iactura victu reparatur.

§. 333.

Efficacissime autem ad eundem comparandum et assumendum compellunt voces naturae diuersi quidem generis, sed eodem tendentes, intolerandi nempe ab una parte cruciatus famis et sitis, ab altera dulcissimae sed non minus potentes appetitus illecebrae,

§. 334.

Et *famis* quidem stimulum alii in mutuo affictu rugarum vacui ventriculi qua-

R 3 fiuere,

siuere, alii in eo quod caput rei videtur, nempe in copiosiore non solum affluxu humorum inquilineorum, saliuæ maxime, gastrici liquoris et bilis, sed et acrimonia irritante, quae iisdem tunc superuenire solet nisi ingestis eidem tempestive caueatur.

§. 335.

Sitis vero magis in ipsarum faucium et oesophagi molestissima siccitate, tum et in singulari stimulo ab acrum, salinorum praefertim, ingestione orto, quaerenda videtur.

§. 336.

Necessitas quidem vtrique huic stimulo satisfaciendi pro varietate aetatis, habitu corporis, et maxime vis consuetudinis plus minus vrgens est, vt vix certi quid de ea statui possit; in vniuersum tamen eores redire videtur, vt homo adultus et sanus, qui suae spontis est, [cui nempe nec phanaticis deliramentis nec aliis praeter naturam affectionibus istae voces naturæ

Unable to display this page

putatum est, cuinam ex binis classibus principibus, animalis sc. aut vegetabilis, humani corporis fabrica magis respondeat, et cui ergo homo proxime a natura destinatus videatur?

§. 339.

Herbiuorum natura sua hominem esse post aliorum argumenta ex figura dentium *) aut longitudine intestinorum hominis **) defumta, Rousseavius acute sane exinde comprobare studuit, quod femina natura sua vnipara sit et binis prouisa mammis †) &c.; quibus omnibus exempla etiam addere liceret ruminatio[n]is humanae, vt pote quam affectionem nonnisi herbiuoris competere notissimum est.

Carniuorum e contrario qui cum Helvetio ††) faciunt hominem, ad breue eius

*) GASSENDI ep. ad Jo. BAPT. v. HELMONT. Oper. ed. Florent. 1727. fol. T. VI. p. 17.

**) Jo. WALLIS in *philos. Transact.* No. 269.

†) *Sur l' origine de l'inégalité parmi les hommes* pag. 196 sq.

††) *de l'homme* T. II. p. 17.

eius intestinum coecum et similia argumenta prouocant.

§. 340.

At enim vero curatiore obseruatione luculentissime docemur neutquam hominem ad alterutrum saltem, sed potius natura sua ad vtrumque istorum alimentorum genus destinatum esse: cum et dentes eius, maxime molares, tum et intestinorum fabricae quae modo citauimus momenta, medium quasi teneant inter easdem ferarum et herbiuororum partes: maxime vero etiam articuli ratio qua condyli mandibulae humanae ossi temporum iuncti sunt eandem eius praerogatiuam demonstrant.

§. 341.

Et si vera sunt, vt sunt verissima, quae alias de hominis priuilegio monuimus, cui, latius quam cuiuis alii animanti, vniuersus patet terrarum orbis, facile exinde fluit, tum alterutro saltim victus genere male ipsi consultum fuisse, cum tot

nunc commode habitet regiones etiamsi
vnius tantum alteriusue ordinis alimenta
ipſi praebeant.

§. 342.

Est vero homo omnium quae nouimus
animalium longe maxime omniuorum,
quod non solum ab vna parte ingenti da-
pum varietate ex vtroque organico regno
parata luxuriari, verum ab altera etiam
vnico fere eodemque simplicissimo victu-
fanus ac vegetus viuere possit.

Ita enim, vt paucissima faltem tangere
liceat exempla, innumeri homines hodie-
num vnice vegetabilibus vescuntur, solani
tuberibus, castaneis, dactylis &c. qui et
aboriginum generis humani victus fuit,
vt pote, quos primo fructibus et radicibus,
tum frumentis et leguminibus vitam su-
stentasse verisimillimum est †).

Mauri

†) cf. coniunctissimi HEYNE *opuscula academica* Vol. I.
pag. 366 sq.

Mauri nomades fere solo gummi Senegalico viuunt *).

Kamtschatkae totque aliorum littorum accolae piscibus.

In ipsa Europa Morlachi fere vnicarne **).

Imo vero barbarae nonnullae gentes carnibus crudis, quod sene quondam de Samojedis †), Esquimotis ‡) et de australis Americae quibusdam nationibus *) infitiari non poterat.

Nec

*) cl. ADANSON in *Mém. de l' ac. des scienc. de Paris*
a. 1778.

**) Gius. ANT. PUJATI *riflessioni sul vitto Pitagorico.*
Feltr. 1751. 4.

†) (DE KLINGSTAEDT) *Mém. sur les Samojedes et les Lappons* 1762. 8.

‡) PETR. KALM *de Esquimaux, gente Americana Aboe.*
1756. 4.

cl. CURTIS in *Philos. Transact.* Vol. LXIV. P. II. pag.
381. 383.

*) Jo. WINTER ap. HAKLUYT *principal navigations of the English nation* Vol. III. p. 751.

Nec minoris momenti singularia circa
potulenta quarundam gentium occurunt.

Plurium v.c. insularum, quae tropicos
interiacent, maxime in mari pacifico in-
colae aqua dulci omnimode carent, eius-
que loco lacte nucis cocos vtuntur.

Alii aquam marinam bibunt, et quae
funt id genus alia innumera, hominem
omniuorum quam apertissime demonstrantia.

SECTIO XXVII.
DE
MASTICATIONE
ET
DE GLVTITIO.

§. 343.

Masticationi solidioris victus inferuit maxime inferior maxilla, aequa ac superior triplicis generis dentibus munita.

Incisoribus nempe qui plerisque †) hominibus scalpriformes sunt, et demordendo frusto inferuiunt.

Caninis

†) Plerisque inquam; nam ut singularium hominum exempla taceam, quibus subinde incisores obtusos esse videmus, id notasse liceat, me in pluribus in uniuersorum craniis dentes istos priores crassia et obtusa corona praeditos vidisse, ita ut parum a molarium configuratione abhorrerent. Et cum eadem crania, quae huiusmodi memorabilem varietatem praeferabant, quod ad vniuersam figuram et habitum singulari isti et fallere nesciae antiquissimae Aegyptiorum

Caninis robustis conicis, quibus du-
riora diffringimus.

Molaribus denique variae magnitudi-
nis ad conterendum aptis.

§. 344.

Iungitur autem mandibula reliquo ca-
piti articulo memorabili, qui medium in-
ter arthrodiam et ginglymum tenet; et
meniscis praeterea duobus cartagineis
instructus cum sufficiente robore ac firmi-
tate summam quaquauersum obsequiosam
mobilitatem conciliat.

Deorsum itaque eam maxillam agunt,
dum os aperimus, maxime quidem biuen-
ter, quem tamen nonnihil iuuare videntur
geniohyoidei et mylohyoidei.

Redu-

gyptiorum physiognomiae egregie responderent,
quam in idolis, sarcophagis, et statuis veteris Aegypti cernere licet, probabile sane videri posset,
fuisse eam peculiarem dentium formam antiquissi-
mis Aegyptiis propriam, ita ut gentilitiae notae,
fortasse etiam characteris loco haberit possit, quo
vetustissimas et maxime genuinas munias a simi-
libus senioris aei funeribus medicatis distinguere
liceat. — Pluribus de his egi in *Göttingisch. Ma-*
gaz. a. 1780. P. I.

Reducunt eandem dum morsu aliquid abscindimus, et ingenti quidem vi constringuntur dum dura frangimus, masseteres praesertim et temporales.

In latera mouent eandem cum mandimus pterygoidei interni et externi.

posteriores etiam antrorum eam ducere valent.

§. 345.

Retinentur et diriguntur et subiguntur dentibus mandenda, buccinatore et flexilima ac mutabilis formae lingua (§ 232).

§. 346.

Simul autem dum manducamus emulgetur quasi *saliua*, quae aquosus latex est, saponaceae quasi indolis, parca scatens terra, (quae tartaro dentium et sublingualibus calculis ortum praebet,) perpetua linguae affuetudine insipidus et si salis microcosmici paululum continet, antisepticus *) simulque

*) PRINGLE *on the diseases of the army.* Append. pag.
XLVIII. L. LXI sq. edit. Lond. 1765. 4.

simulque resoluens et qui vegetabilia, maxime farinacea, facile fermentare faciat †).

§ 347.

Fontes eius triplicis ordinis glandulae sunt conglomeratae, quibus latera et interiora mandibulae obsidentur.

Maximae earum, *parotides*, (vel ideo memorabiles, quod facillime metaetasibus obnoxiae sunt,) saliuam suam Stenoniani ††) ductus ope pone dentem molarem medium superiorem excernunt.

Quam

†) MACBRIDE'S experimental Essays p. 16.

Hinc barbararum quarnundam gentium artificium ex mansis radicibus potum parandi inebriantem.

Brasiliensium v. c. ex radicibus iatrophae manihot. v. HANS STADEN warhaftig Historia und Beschr. eyner Landtschafft der wilden, nacketen, grimmigen Menschfresser Lenthen &c. Marpurg. 1557 4. L. II. c. 15.

Maris pacifici incolarum ex piperis *methylstici* radicibus. cf. amicissimi G. FORSTER voyage round the world Vol. I. p. 406 sq.

it. de ultimo COOKII itinere ipsique fatali splendidum opus Vol. I. p. 316 sq.

††) STENONIS observationes anatomicae p. 20.

Quam *submaxillares* suppeditant, ea per Whartonianos *) ductus effluit.

Minimarum denique, *sublingualium*, per numerosos ductus Rivinianos **).

§. 348.

Augetur saliuae excretio, cuius ex Nuckii arbitraria quidem sententia †) ad integrum usque libram intra duodecim horas fecerni vulgo putant, tum stimulo, tum mechanica pressione et quasi emulsione.

hac scil. (cui parotidum praesertim situs ad mandibulae articulum fauet,) ubi duriora manducamus, quae affluente isto latice egregie molliuntur.

illo vero aut reuera praesente, dum nempe acriora ingerimus, quae ipso isto affluxu utiliter diluuntur; aut etiam phantasiae ope excitato: quo et saliuae affluxus pertinet, qui audiorem cibi appetentiam sequitur.

§. 349.

*) WHARTONIS *adenographia* p. 110.

**) RIVINVS *de dyspepsia* Lips. 1678. 4.

AUG. FR. WALther *de lingua humana* ib. 1714. 4.

†) NUCKII *salialographia* p. 29 sq.

§. 349.

Miscetur autem præterea saliuæ, tum mucus ex labialibus et genalibus glandulis oriundus †), et qui linguam obducit, tum roscida aquula quam molles oris partes transfundant.

§. 350.

Et hacce quidem saliuali inquilinorum humorum mixtura ingesto frusto masticationis ope affusa, id ipsum non solum magis magisque in pultaceum et commode deglutiendum vertitur bolum, sed et simul iam ad ulteriore digestiōnē et assimilationē præparatur.

§. 351.

Ipse vero deglutitionis mechanismus *) et si maxime compositus videatur et reuera longe plurimarum diuersi generis partium coniunctis viribus peragatur, in vniuersum

†) DE COURCELLES *icones musculari. capit. IV. e. e. e.*

*) FR. BERN. ALEINVS *de deglutitione LB. 1740. 4.*

*cf. etiam cl. HAASII *musculi pharyngis velique palatini observationibus illustrati Lips. 1784. 4.**

sum tamen eo redit, vt primo lingua
versus propriam radicem retracta ideoque
intumescens et quasi rigescens, dorso suo
excauato bolum excipiat, vnde in faucium
isthmum deuolutus ab ampliato et ipsi
quodammodo occurrente pharyngis infun-
dibulo non sine singulari et violentiore nixu,
quem quasi pro vitae propriae specie habere
possis, accipiatur, et dehinc ternorum
pharyngis constrictorum †) ope in oeso-
phagum depellatur; quae vero omnia ci-
tissime se excipiunt et breuissimis absol-
vuntur.

§. 352.

Pandenda autem huicce viae, secu-
raeque eidem reddenda, variis natura
prospexit adminiculis.

Et linguae quidem in eo negotio magni
momenti motum moderatur os hyoideum.

Ne autem quidquam ingestorum ab-
errans quasi siue choanas siue Eustachii

S 2 tubas

†) EUSTACHII tab. XLII. fig. 4. 6.

SANTORINI tab. posthum VI. fig. I.

B. S. ALBINI tab. muscular. XII. fig. 23. 24.

tubas ingrediatur, palato molli cautum est, quod aequa ac dependens ab eius arcuato laqueari uvula, peculiaribus muscularis tenditur et istos recessus claudit †).

Glottidem vero ipsa tuetur lingua, cum larynx eodem momento quo deglutire conamur, sursum et antrorum tractus abscondatur quasi sub retracta linguae radice, ipsisque apprimatur, ita ut glottis insuper arcta et epiglottide sua munita ab heterogeneorum illapsu tutissime tecta servetur.

§. 353.

Iuuat denique etiam deglutitionem muci magna vis, quo vniuersa ea via lubricatur, quemque praeter linguales fontes, alias dictos (§ 234), maxime tonsillarum numerosi sinus *), tum et ipsius pharyngis innumerae cryptae muciparae praebent.

§. 354.

†) SANTORINI *tab. posthum.* IV. — VI. fig. 2. — et VII.

B. S. ALBINI *tab. muscular.* XII. fig. 11. 27. 28.

*) B. S. ALBINI *annotat. acad.* L. III. *tab. III.* fig. 1. n.

§. 354.

Ipse vero *oesophagus*, quem deglutienda antequam in ventriculum pertingere possunt vltro transire debent, carnosus canalis est, angustus quidem et valde robustus, simul autem obsequiosus et dilatabilis et maxime sensibilis, tunicisque constans, si a longe diuersa eorum crassitie discesseris, reliqui alimentaris tubi tunicis, haud dissimilibus †).

exteriore nempe musculosa, fibris contexta tam longitudinalibus quam transversis annulatis.

media nernea, vtrinque in laxiorem abiens cellulosam, cuius ope tam praecedenti quam subsequenti tunicae necitur.

intima denique, muco glaberrimo lubricata.

§. 355.

Ita ergo agit hicce canalis, vt aduenientem hauustum aut bolum excipiat qui-

S 3 dem

†) v. MATTH. van GEUNS in *Verhandelingen van de Maatschappye te Haarlem* T. XI, p. 9 sq.

dem, mox autem super eodem se constringat eundemque inferiora versus vltro propellat, et si bolus est, quasi infarciat usque tum diaphragma superauerit, et ita denique in ipsum ventriculi cauum delabatur.

SECTIO XXVIII.
DE
D I G E S T I O N E.

§. 356.

Est autem digestionis officina *ventriculus* in vniuersum magis quam ullum aliud viscus animantibus ad vnum fortassis omnibus communis, et si exinde dignitatem interaneorum aestumare velles, omnium facile princeps dicendus.

§. 357.

Humanus quidem ventriculus †) insignis amplitudinis vtrem refert, in adulto plerumque trium et quod excurrit aquae librarum capax, duplice ostio instructus: superno altero, quod *cardiam* nominaverunt, quo nempe oesophagus plicata et

S 4 obliquius

†) EUSTACHII tab. X. fig. 1. 2. 3.

RUYSCH *theor. anat.* II. tab. V. fig. 1.

SANTORINI *tab. posth.* XI.

obliquius recedente apertura in ipsum stomachum dilatatur, eiusdemque fundum, sinistrorum locatum, spectat:

altero inferiore, in quod dextra eaque angustior ventriculi pars abit, quodque *pylorum* vocant, et quod in vicini duodenii cauum paululum descendit.

§. 358.

Situs autem ventriculo non idem est vacuo ac repleto; cum *ille* flaccidus ita dependeat in abdominale cauum, ut maior eius curvatura deorsum spectet, pylorus autem sursum directus plicatum cum duodeno angulum efficiat †):

hic vero cibis turgens maiore ista curvatura antrorum voluatur *), ita ut pylorus tunc rectiore via in duodenum tendat, cardia vero e contrario in angulum quasi complicata occludatur.

§. 359.

†) VESALIVS *de c. b. fabrica* L. V. fig. 14. 15.

*) ID. l. c. fig. 2.

§. 359.

Tunicae ventriculum constituunt quaternae principes, tribus aliis mere cellulosis quae istas interiacent, distinctae.

Extima istarum ventriculo cum reliquo tubo intestinali tantum non omni communis est, et in omenta infra dicenda, continuatur.

Excipit hanc, cellulosa tunica ipsi iuncta *muscularis* valde memorabilis, cum ab ea tum insignis ventriculi irritabilitas (§ 305), tum motus eius peristalticus infra memorandus pendeat. Contexta autem est stratis fibrarum muscularium †), quae quidem vulgo in tres ordines diuidere solent, vnum nempe longitudinalium et binos circularium; (rectarum nempe et obliquarum fibrarum;) quae tamen infinitis adeo modis variare constat, ut vix quidquam certi de earum directione et distributione statuere liceat.

S §

Sequitur

†) cf. post HALLERVUM BERTINVS in *Mém. de l'ac. des sc. de Paris* a. 1761.

Sequitur tertia membrana princeps, quam *nerueam* vocant, inepta sane appellatione, cum ex cellulosa constet stipata, vtraque pagina in laxiorem abiente, quibus exterius musculari, interius villosae mox nominandae, necititur. Firma autem est et robusta, adeo ut totius ventriculi basis dicta sit.

Intima denique, quam et abusive villosam vocant, mollissima est, quasi spongiosa, porosa, et in numerosas complicata rugas †), ita ut area eius longe amplior sit quam ea ceterarum quae diximus tunicarum; paucim cellulas exhibet minutissimas ‡), iis tamen longe maioribus, quibus reticulum ruminantium elegantissime distinctum est *), aliquomodo comparandas.

Muco intima eius superficies obducitur, ex cryptis ut videtur muciparis oriundo, quae

†) RUY SCH *thes. anat.* II. tab. V. fig. 2.

‡) ID. I. c. fig. 3. 4. *

*) PERRAULT *Essais de physique* Vol. III. tab. XIV. fig. 1.
cl. BUFFON *hist. naturelle* Vol. IV. tab. XVII. fig. 2. 3.

quae sane ad pylorum fatis luculenter distinguere licet.

§. 360.

Insigni instruitur ventriculus neruorum apparatus †), unde tam summam eius sensibilitatem repetere licet, (qua tam facilime ab omnis fere generis stimulis afficitur, sintue externi, frigoris &c., sintue interni aut ab ingestis, aut ab ipsis humoribus inquilinis profecti:) quam ingenitum illum et plane mirabilem consensum, quem cum longe plerisque reliqui corporis functionibus alit; quo praefertim et animi commotionum ad unam omnium in ventriculum imperium, et huius e contrario organi eiusque integratatis in animi serenitatem potentissimus influxus pertinet ‡‡).

§. 361.

†) cl. WALTER *tab. neruor. thorac. et abdom.* tab. IV.

‡‡) cf. cl. Jo. H. RAHN *mirum inter caput et viscera abdominis commercium* Goetting. 1771. 4.

DID. VEGENS *de sympathia inter ventriculum et caput.*

LB. 1784. 4.

§. 361.

Sed non minus memorabilis vasorum quoque ventriculi sanguiferorum et copia et functio est, vtpote cuius arteriolae infinitis ramisculorum seriebus cellulosas eius membranas perreptantes, proximi fontes esse videntur *succi gastrici* qui ex intima ventriculi superficie perpetuis quasi riuiulis destillat,

§. 362.

In vniuersum quidem is succus saliuae haud dissimilis appareat, nisi quod ex cl. Spallanzani experimentis †), a fermentatiuis viribus plane alienus sit, quod ad reliqua autem itidem saponaceae indolis, aeque antisepticus, validissimum menstruum, ipsum lac postquam in ventriculo leniter

†) *Dissertazioni di fisica animale e vegetabile.* Mutin.
1780. 8. Vol. I.

gall. prodit Genev. 1783. 8. c. præfat. cl. SENEBIER, experimenta cl. GOSSE recensentis, quibus hic energeticas aëris atmosphaerici vires deprehendit, iisdemque ad ulteriorem succi gastrici indaginem feliciter usus est.

leniter coactum est, sensim iterum resolvens ††).

§. 363.

Et ipsi quidem huicce succo principes in digestionis negotio partes tribuendae videntur, qui victum, si nempe bene mansus et saliuali menstruo rite subactus fuerit, vltro resoluit et in pultaceum chymum vertit *).

§. 364.

Adiuuant autem eam maximi momenti functionem non vnius generis vires accessoriae et quasi subsidiariae, inter quas *motus peristalticus* eminet, quo cibalis ea puls perpetua vndulatoria agitatione conquassatur et subigitur **); efficacissima

vtique

††) cf. VERATTI in *Commentar. instituti Bononiens.*
Tom. VI.

*) Quid quod et in funere ipsum ventriculum tunc inertein et vi sua vitali orbum subinde macerare et quasi digerere videtur. cfr. cl. Jo. HUNTER *on the digestion of the stomach after death.* in *philos. Transact.* Vol. LXII.

**) cf. WEFFERTI *cichtae aquaticaet historiae et noxae.* innumeris locis.

vtique commotio etsi neque tam ingens eius vis sit, qualem quondam iathromathematici fecerunt, neque omnis digestio vnice ab ea pendeat, qui aliorum error fuit.

§. 365.

Ad reliquas autem eiusmodi facultates adiutrices pertinet tum alter motus a preli abdominalis rhytmo ventriculo accedens; tum calidissima huius visceris sedes, quod ab insigni vicinorum vasorum et viscerum sanguinis copia fouetur, quem ipsum fotonum tanti olim aestimarunt, vt coctionis voce pro digestione vterentur.

§. 366.

Temporis periodum constituere, quo ingestis iunctis hisce quae hactenus enarrauimus (§ 361 sq.) viribus in chylum mutentur vix possibile videbitur cogitanti, quam multifaria ratione id pendeat cum a qualitate et quantitate ingestorum, tum a vario virium digerentium virtutis gradu, sed et a curatiore aut negligentiore masti-
catione

catione qua ingesta ad digestionem praeparantur &c.

In fano enim homine vegetus ventriculus digestibiles ingestorum partes non prius dimittit quam in pultem verfae sint. Vnde per se liquet pro victus varietate varium quoque ad eius digestionem tempus requiri †), quod tamen si quid in vniuersum de eo constituere licet eo redire videtur, ut intra tertiam ad sextam usque post pastum horam ventriculus plerumque contentam pultem sensim sensimque per pylorum emiserit.

§. 367.

Est autem *pylorus* ‡) annularis limbus, non ut aliae ventriculi interni rugae vnicce a villofa eius tunica formatus, sed et a subiacentis nerueae fasciculis,
quid

†) cfr. Jo. WALAEVS *de motu chyli* pag. 534. ed. LB.
1651. 8.

‡) cl. LEVELING *diff. sistens pylorum &c.* Argent. 1764.
4. recus. in cl. SANDIFORT *thes.* Vol. III.

quid quod et a muscularis membranae singularibus quibusdam fibris: quae omnia fere conoideum ventriculi exitum constitunt, qui fere ut vteri ostium in vaginam ita in duodenum porrigitur, et ab eodem quasi comprehenditur.

SECTIO XXIX.
DE
SVCCO PANCREATICO

§. 368.

Chymo, postquam pyloro expulsus est, novae et graues in duodeno †) (breui sed valde memorabili intestinalis tubi tractu) vicissitudines subeundae sunt, antequam alibilis chylus ex eo separari possit; quo quidem fine denuo varii ordinis humores inquinandi ipsi affundi debent, inter quos maxime eminent bilis et succus pancreaticus.

§. 369.

De utroque seorsim; et quidem de pancreatico latice primo agamus loco, quod reliquis binis humoribus resoluentibus,
quos

†) LAUR. CLAUSSEN *de intestini duodenii situ et nexis*
Lips. 1757. 4. recus. in cl. SANDIFORT *thes.* Vol. III.
et huius ipsius cl. Leidenfis Professoris *tabulae*
intestini duodenii LB. 1780. 4.

quos hactenus absoluimus, faliuae nempe et gastrico humor tam quod ad indolem quam functionem valdopere affinis videatur.

§. 370.

Quanquam enim non nisi difficulter purus et sincerus fani animantis pancreaticus humor haberi possit, omnia tamen quae de eius natura curatius indagata comperimus, eo conspirant, esse eum in vniuersum faliuae quam simillimum. Et vix hodienum adhuc operae pretium foret memorare erroneas hypotheses physiologicas Franc. Sylvii †), eiusque asseclarum Regn. de Graef ‡‡), Flor. Schuyl ‡†‡) aliorumque, de putatitio huius humoris acore, pridem ab egregiis vi-
ris Pechlino *), Swammerdamio **)

et

†) *de chyli a faecibus aliuinis secretione* I.B. 1659. 4.

‡‡) *de succi pancreatici natura et usu* ib. 1664. 12.

‡†‡) *pro veteri medicina* ib. 1670. 12.

*) *de purgantium medicamentorum facultatibus* ib. 1672. 8.

**) *Observationum anatomicar. collegii priuati Amstelodamens. P. II. in quibus praecipue de piscium pancreate eiusque succo agitur.* Amst. 1673. 12.

et Brunnero ***) masculè refutatas, nisi monitorio documento essent, quam funesta et mortifera euadere possit praxis medica, nisi saniori physiologiae superstructa fuerit!

§. 371.

Verum et similis huic de qua agimus lymphae ac saliuae fons est, *pancreas* †) nempe, quae omnium corporis humani glandularum conglomeratarum longe maxima est, et vniuersa sui structura proxime cum saliualibus glandulis conuenit; etiam in hoc, quod canales eius excretorii tenuissimis radiculis orsi, sensim confluentes, denique in communem ductum abeant, cui nomen a Jo. G. Wirsung, qui eandem primus a. 1642 in humano funere eruit et promulgauit ††).

T 2 Penetrat

***) *experimenta nova circa pancreas* Amst. 1683. 8.

†) SANTORINI *tab. posthum. XIII. fig. 1.*

††) *Figura ductus eiusdam cum multiplicibus suis ramulis noniter in pancreate a Jo. GEORG. WIRSUNG Phil. et Med. Doct. in diuersis corporibus humanis obseruati.*

Penetrat autem hicce ductus duodeni membranas, et succum quem ex ea glandula hauserat perpetuo stillicidio in cauum huius intestini plorat.

§. 372.

Denique et excretio huius succi iisdem viribus promoueri videtur, quas et supra ad faliuae excretionem diximus; pressione nempe et stimulo.

Istius nempe ope emulgetur maxime quando ventriculus repletus ipsi pancreatici incumbit.

Irritamenta autem sunt lymphae pancreaticae effluxum excitantia tum ipse adhuc crudus quasi chymus ex pyloro recens aduena, tum bilis eodem ac pancreaticus succus ostio effluens.

§. 374.

obsernati. Paduae 1642. haec inscriptio est tabulae istius archetypae, sed impensa raritatis, quam WIRSÜNGIVS ipse fieri curauerat et cuius exemplo me douauit cl. CALDANI.

§. 373.

Vsus huius succi procul dubio ille est,
vt chymum dissoluat, maxime si quid in
ventriculo iniquius digestum fuerit; in
vniuersum autem vberrimo sui accessu
eam pultem magis magisque inquilinae
humorum naturae assimilet et ad chylifi-
cationem aptiorem reddat.

Unable to display this page

turæ, quod neruis perreptatur numerosis *), tum venis lymphaticis, [maxime in vtraque eius superficie conspiciendis **),] ductibus porro biliferis, et denique quae his ipsis ortum suum præbent vasis sanguiferis †) ingentis numeri et insignis partim magnitudinis, sed diuersi ordinis, de quibus seorsim nonnulla monenda sunt.

§. 376.

Et primo quidem loco nominanda venit *portarum vena*, cuius singularem et ab vniuerso reliquo systemate venoso abhorrentem habitum ac decursum supra iam paucis tetigimus (§ 86). Ex longe plerumque nempe venarum visceralium in-

T 4 fimi

*) v. cl. WALTER opus pluries iam citatum, maxime tab. IV.

**) MAUR. v. REVERHORST *de motu bilis circulari eiusque morbis* tab. I. fig. 1. 2.

RUYSCH *ep. problem.* V. tab. VI.

WERNER et FELLER *descriptio vasor. lacteor. atque lymphaticor.* Fascic. I. tab. III. et IV. et si in easdem icones animaduertit cl. FR. AUG. WALTER *annotat. academicar.* p. 101 sq.

†) v. HALLER *icones anat.* fascic. II. tab. II.

fimi ventris confluxu truncus formatur, qui cellulosa vagina, s. capsula vulgo sic dicta Glissonii ††) fultus, ad ipsum in hepar ingressum denuo in ramos et de hinc quo altius hi in eius substantiam penetrant in infinitas alias exilissimae denique subtilitatis ramifications diuiditur, totum illud viscus vndiquaque perreptantes. Quare vniuersum illud sistema iam pridem a Galeno cum arbore comparatum est, cuius radices in abdominale canum dispersae, rami vero hepati infixi haereant. *)

§. 377.

Alterum vasorum sanguiferorum genus quo hepati prouisum est, *arteria sc. hepatica* e coeliaca ortum dicit, capacitate quidem et diuisionum seriebus portarum vena longe inferius, vt tamen etiam vniuersum hepar perreptet et in subtilissimos ramulos distribuatur.

§. 378.

††) GLISSONII *Anatomia hepatis* p. 305 sq. ed. 1659.

*) *de venar. arteriarumque dissectione* p. 109. ed. Oper. Basil. 1562. Cl. I.

§. 378.

Vtriusque vero ordinis extremi fines
in genuinas abeunt venulas, quae sensim
confluentes denique in insignes venosos
truncos concurrrunt, qui *venae cavae* infe-
riori inferuntur.

§. 379.

Ipsi autem hi extremi fines, quibus isti venae portarum ac arteriae hepaticae ramsculi in venae cauae radiculas trans-eunt, summae subtilitatis tenuissima vas-cula constituant in exilissimos glomerulos conuoluta †), qui Malpighio quondam imposuerunt, vt eos pro acinis glandulosis, hexagonis, cauis, secretoriis haberet ‡‡).

§. 380.

Ex iisdem vero vasorum sanguineorum glomerulis oriuntur denique *pori biliarii*, ductus nempe tenerrimi, qui felleum laticem sanguini detrahunt, et in commu-

T s nem

†) NEST. MAXIMEOW. AMBODICK *de hepate*. Argent.

1775. 4.

††) de viscerum structura pag. II. ed. Lond. 1669.

nem demum ductum hepaticum confluens
tes eundem ex jecore excernunt.

§. 381.

Iam vero quaesitum est, ex quoniam
sanguine proxime fecernatur bilis, num
ex arterioso, an vero ex eo quem porta-
rum vena aduehit?

Etsi autem priori sententiae fauere
videatur primo intuitu aliarum secretio-
num analogia, utpote quas ad arterias
pertinere vulgo constat, curatiore tamen
indagatione facile docemur, longe princi-
pes fane si non in universum omnes bi-
liosae secretionis partes deberi portarum
venae: utpote cuius tristis et phlogisto
grauidus sanguis ad amissim respondet
fellis indoli, quae e contrario mirum
quantum a florido et ignito arterioso san-
guine abhorret, quem coeliaca proxime
ex aorta jecori transmittit.

Quod vero argumentum ab analogia
petitum attinet, primo facile patet, ipsam
porta-

Unable to display this page

ex hepatico per *cysticum ductum* in felleam vesicam recipitur ibique aliquamdiu afferatur, et iam *bilis cysticae* nomine venit †).

§. 383.

Est vero *vesica fellea* oblongus sacculus fere pyriformis, concavae jecoris faciei adhaerens, tribusque constans membranis.

extima scil. quae non totam cystidem cingit, et peritonaei propago est.

media, quam nerueam vocant, quae ut in ventriculo et intestinali tubo et lotii vesica ita et heic robur et tonum ipsi conciliat.

intima

†) Boui aliisque brutis praeterea peculiares ductus sunt *hepato-cystici*, quibus felleus latex ex ipso jecore in vesicam defertur. v. obseruat. anatom. collegii priuati Amstelodamens. P. I. Amst. 1667. 12. p. 16. fig. 7.

it. PERRAULT *Essais de Physique* T. I. p. 339. tab. II.

Temere autem eiusmodi ductus humano quoque hepatici tribuere fategerunt nonnulli. v. c. DE HAEN in *rat. medendi contin.* P. II. p. 46 sq. tab. X. fig. 1.

it. PITSCHEL in *anat. u. chirurg. Anmerk.* Dresden. 1784. 8. tab. I.

intima denique †), quam quodammodo intimae ventriculi membranae (§ 359) comparare licet; itidem nempe infinitis vasculis sanguiferis pertexta, itidem quoque rugis distincta ‡‡), quae subinde elegan- tissime cancellata reticula exhibent.

§. 384.

Ceruix huic vesicae conicus est in du- ctum cysticum abiens, serpentino ductu anfractuosus, et interius valuuulis non- nullis falcatis praeditus *).

§. 385.

Retinet receptam bilem, donec ex de- cliui directione reclinato nempe et supino corpore, sponte sua elabatur, aut ex cy- stide pressione vicini intestini ieconi ac ilei,

†) RUY SCH epist. problem. quinta tab. V. fig. 3.

‡‡) cl. CASP. FR. WOLFF de usu plicarum quae in ves- culis felleis nonnullorum corporum inueniuntur. in Act. Acad. scient. Petropol. a. 1779. P. II.

* ID. cl. WOLFF de vesiculae felleae humanae, ductusque humani cystici et choledochi superficiebus internis l. c. P. I. tab. VI.

it. cl. FR. AUG. WALTER l. c. tab. I.

ilei, tum et coli transuersi quando scybala illuc transeunt **), emulgeatur.

Stimuli etiam duodeno inherentes, bilis illuc deriuationem promouere poterunt.

Quid quod et insignis vesicae contractilitas, quam viuisectiones et phaenomena pathologica docent, (etsi omni irritabilitate destituta sit [§ 306]) istam excretionem iuuare posse, sane non improbabile videtur; maxime ubi vis stimulans contentae bilis accesserit.

§. 386.

Haec enim etsi in vniuersum quidem hepatico isti latici (§ 382) simillima sit, ea tamen mora et stagnatione concentratur quasi, tenacior et amarior redditur: quo et praesertim venae cystidis lymphaticae †) conferre videntur, aquosas bilis contentae partes sensim absorbentes.

§. 387.

**) cl. CALDANI *institut. physiolog.* p. 364 sq. ed. Patav.

1778. 8.

†) v. REVERHORST I. c. tab. II. fig. 4.

RUY SCH I. c. tab. V. fig. 4.

WERNER & FELLER I. c. tab. II. fig. 5.

§. 387.

Iam ergo de ipso felle agamus, summae dignitatis humore animali, et de cuius indeole ac usu a quatuor inde lustris plura quam de vlo alio corporis nostri secreto innumeris fere scriptis disputata et controuerfa accepimus.

Et quidem quae de eo enarrabimus ad cysticum proxime spectant, quod et perfectior censendus, et paratu ad disquisitionem facilior sit.

§. 388.

Exhibet autem bilis ex funere recenti hominis adulti sani desumta laticem paulo viscidum, coloris ex brunneo prasini †), inodorum, et si cum brutorum felle comparaueris saporis parum amaricantis.

§. 389.

Partes eius constitutuae et si non sponte aut tam facili encheiresi adhibita secedant
ac

†) De coloris in bile varietate v. BORDENAVE *analyse de la bile* in *Mém. présentés &c.* T. VII. pag. 611.
617.

ac eae quae sanguini infunt, non adeo difficulter tamen indagari possunt, et re vera aliquam etsi non nimis vrgendam cum sanguineis elementis analogiam p^{re}se ferre videntur.

Est enim et bili primo loco *aqueum* vehiculum, quod pars eius sanguinalis nuperis quibusdam audit, et cum aqueo sanguinis elemento, quodammodo etiam, etsi non ab omni parte, cum fero eius comparari licet.

Porro et pauxillum albae et grumosae materiei ex ea separari potest, quae remotiorem quandam cum plastica sanguinis *lympha* similitudinem habere dicenda est.

Denique autem, et quod caput rei est, *phlogistico principio* *) abundat bilis, a venoso portarum sanguine eodem elemento quam grauidissimo, facile deriuando.

§. 390.

*) De huius elementi summa in felle dignitate v. GUT.
MOORE de bile Edinb. 1780. 8. p. 21 sq.

§. 390.

Principi huic parti inflammabili, quae iam in bile siccata, multo luculentius autem in calculis felleis †) vel eo se manifestat, quod igni admota facile flamمام concipiat, qualitates quas diximus singulares, quae hunc humorem inquilinum ab aliis distinguunt, color v. c., fapor &c. tribuendae, et ab altera parte vires eius mox memorandae magnam partem exinde deriuandae videntur.

§. 391.

Redit enim bilis indoles non eo, ut saponis in modum oleo aequa amica ac aquae sit, et bina haec elementa miscere ac combinare valeat; (qui Boerhaavia-

nus

†) Etsi enim magna choelithos intercedat varietas quod ad figuram, crystallisationem &c. in eo tamen quotquot eorum indagaui, (et eos indagandi Goettingae frequens occasio est) conueniebant ut facile inflammabiles essent, textura eorum autem ad eam *spermatis ceti* quodammodo accederet.

nus error post Schröderi †) quondam nostri egregia experimenta ab aliis confirmata et vterius aucta ‡‡), iam a plenisque physiologis depositus est;) sed vt contraria plane ratione elementa ea si iam mixta fuerint, disiungat iterum et separaret *), ipsa quidem nullatenus alcalina **) acrimoniae tamen et acidae fermentationi aequē resistat ac putredini & s. p.

§. 392.

Et his rite perpensis genuinus idemque ingens et multifarius usus quem bilis

†) EJ. *experimentor. ad veriorem cysticae bilis indelem explorandam captorum Sect. I.* Goetting. 1764. 4.

‡‡) Paucos e multis citasse sufficiat:

SPIELMANN *de natura bilis* Argent. 1767. 4.

GER. GYSB. TEN HAAF *de bile cystica* LB. 1772. 4.

G. CHR. UTENDÖRFER *exper. de bile* Argent. 1774. 4.

DAV. WILLINK *consideratio bilis* LB. 1778. 8.

SEB. GOLDWITZ *neue Vers. zu einer wahren Physiol. der Galle.* Bamberg. 1785. 8.

*) MARHERR *praelect. in BOERHAAVII institut.* Vol. I. p. 463. 478. ed. 1785.

**) cf. curatas WACHENDORFII et WOERTMANNI bilis bubulae analyses in Huj. diss. *de bile, utilissimo Xylosonymus instrumento.* Ultraj. 1745. 4.

lis in chylificationis negotio praefat per se fluit.

Primo nempe ex mixta ea et aequabili chymosa pulte quam ventriculus in duodenum dimiserat, et pancreas succo suo vltro diluerat, dum tenuium intestinorum tubum vltro legit, faeces sensim praecipitat, chylosumque cremorem ab iisdem separat.

Simul autem bilis ipsa in binas partes fecedit, aquosam alteram, alteram phlogisticam; haec, faecibus adhaerens easque tingens cum iisdem postmodum excernitur, altera vero, ni grauiter fallimur, chylo admixta ad sanguinem redit.

Ita sanguini molestum phlogiston primo in hepate detrahitur et ad singularem et vtilissimum humorem perficiendum vertitur; postmodum autem quando vsu isto defunctus est ille humor, tanquam superflua imo vero nocitura pars inter excrementa reiicitur et eliminatur.

Praeterea etiam bilis fixatum aërem,
qui chymo adhuc inhaerebat, vltro euol-
vit et exterminat; intestinali autem tubo
stimuli loco prodesse, eundemque ad mo-
tum peristalticum vegetius subeundum
instigare videtur.

Vt alias vtilitates taceam vulgo bili-
tributas mihi vero non adeo probables,
v.c. vt et in ieenum ventriculum regur-
gitare et appetitum excitare possit, quod
in fano homine vix contingere puto &
f. p.

SECTIO XXXI.
DE
LIENIS FVNCTIONE

§. 393.

Hepati tum vasorum commercio tum functionis affinitate proxime iunctus est *lien* †); a sinistris ipsi aduersus; figura sua oblonga *), in vniuersum quidem vicinis visceribus quibus adiacet, se quasi accommodans, multifariis vero ceteroquin varietatibus formae, numeri, aliisque naturae quasi lusibus obnoxius **).

V 3

§. 354.

†) Quicquid ad sua vsque tempora de liene innotuerat, studiose collegit, et succincte exhibuit CAR. DRELINCOURT fil. *de lienosis ad calcem opuscular. Patris*, ex ed. BOERHAAVII p. 720 sq.

tum vero cf. CHR. LUD. ROLOFF *de fabrica et functione lienis* Frf. ad Viadr. 1750. 4.

*) EUSTACHII tab. XI. fig. 8. 9.

BIDLOO *vindiciae delineationum anat. contra animadu. Ruy SCHII LB. 1607. 4. tab. III. fig. 1.*

**) v. cl. SANDIFORT *Natuur en genees-kundige Bibl.*
Vol. II. p. 345 sq.

§. 394.

Color ipsi liuidus, textura vero plane singularis, mollis, friabilis, facile lace-randa, ideoque dupli inuolucro membranaceo munita, quorum interius lien proprium est, exterius autem ab omento proficisci videtur.

§. 395.

Situs vero et volumen lienis praeter quam quod non minus ac figura eius singularibus subinde varietatibus ludant, in vniuersum etiam pro diuersa repletione ventriculi varius est; turget nempe sanguine quamdiu vacuus laxe dependet stomachus; quando hic vero turget, tunc ab eo ipso pressus emulgetur lien.

Sed et alio et quidem perpetuo et si leni et aequabili motu agitatur, respirationem nempe sequente cuius primario instrumento, diaphragmati nempe, proxime subiectus est.

§. 396.

§. 396.

Texturam spleni quondam tribuebant cellulofam, eamque passim cauernosis penis corporibus comparabant; fallaci plane argumento, quod curatiore humani lienis indagine in totum refutatur †). Hoc enim docemur, vniuersum hocce viscus fere totum quantum e vasis conflatum esse sanguiferis, pro mediocri eius mole longe amplissimis; ita ut omnium corporis humani partium sanguinis ditissimum extet.

§. 397.

Et quidem arteria lienalis, ingenti tunicarum tenuitate et robore, W intringhami experimentis demonstrato, conspicua, in infinitos ramulos diuisa, ultimis demum suis finibus pulposos penicillos refert, qui dein venulis linealibus originem praebent, sensim sensimque in peramplos et laxos facileque dilatabiles trun eos confluentibus.

V 4

§. 398.

†) v. LOBSTEIN diff. *nounulla de liene sistens*. Argent.

§. 398.

Nectitur autem et fulcitur ingens haec sanguineorum vasorum congeries parco parenchymate celluloſo, vnde venae absorbentes lymphaticae oriuntur, quarum trunci in sima maxime lienis facie inter utrumque quod diximus inuolucrum eius membranaceum, decurrunt *).

§. 399.

Ipsa vero haecce laxa et sanguinis capacissima lienis textura iis egregie respondet, quae supra (§ 395) de sanguineo huius visceris turgore diximus: et ex eadem quoque purpurei laticis in liene congestione et lentiore refluxu, considerata simul viscerum, quae spleni proxime adiacent, natura, peculiaris illustratur sanguinis lienalis indoles, quae ipsa demum functioni

* Singulares et paulo paradoxas HEWSONIS, viri certeroquin praestantissimi, opiniones de functione lienis, cuius vasa lymphatica pro ductibus excretoriis habet &c. v. in opere eius posthumo, cui tit. *Experimental Inquiries* P. the 3d. Lond. 1777.
§. C.II. S. XLV sq. XCV sq.

functioni huius aenigmatici visceris, toties disputatae, lucem impertire videtur.

§. 400.

Est autem sanguis quem lien praebet fluidissimus, resolutus, qui difficillime cogitur et serum suum iniquius a crassamento dimitit; colorem porro prae se fert liuidum, obscurum, qualis in foetu est; quae quidem omnia satis aperte phlogistici elementi abundantiam demonstrare videntur: quam et facili experimento et quod vix fallit ulterius probatam comperi, quando humani lienis recenter distracti segmenta et taleolos dephlogisticato exposui aëri, cuius accessu laetissime rubebant, aër ipse vero igne suo ita sensim orbus, phlogisto e contrario lienoso inquinabatur.

§. 401.

Hisce omnibus collatis, quando denique consideramus esse lienem unicum id genus viscus, quod omni, praeter vasorum quae diximus et quae ultimato versus he-

par tendunt, excretorio ductu destituitur, primum est concludere usum eius non nisi eo redire, quod hepatis functioni inferiat, et ad bilis praeparationem partes suas, easque phlogisticas, conferat.

§. 402.

Nouum autem huic sententiae accedit pondus utilissima obseruatione, qua bilem cysticam iis in animantibus quibus antea lien excisus est, [quod singulare experimentum ab antiquis inde temporibus saepissime instituerunt †)] subinde pallidam, phlogisti inopem, et lymphaticas eius particulas grumorum ad instar coactas, videre licet.

†) J. H. SCHULZE *de splene canibus exciso* Hal. 1735. 4.

SECTIO XXXII.
DE
OMENTI FUNCTIONE.

§. 403.

Omentum gastrocolium s. magnum †)
(quo nomine a paruo s. hepaticogastrico *)
distinguitur), singularis plane peritonaei
propago est, proxime a ventriculi extimo
inuolucro ortum ducens.

§. 404.

Quanquam enim innumerae fere sint
peritonaei in cauo abdominali continua-
tiones, et omnes ac singulae eo cauo con-
tentae

†) EUSTACHII tab. IX.

HALLERI icones anat. fasc. I. tab. IV. K. M. — et colli-
cam appendicem quam ipse Goettingac a. 1740.
indagauerat, ib. R.

ROB. STEPH. HENRICI descript. omenti c. icone noua.
Hafn. 1748. 4.

*) EUSTACHII tab. X. fig. I. G. H.

HALLER l. c. Q.

tentae partes hactenus eo obducantur, vt aperto abdomen nihil plane offendas quod non eodem obtectum sit, variis tamen id fieri rationibus constat, in classes quasi redigendis.

Est enim vt aliis partibus obiter tantum praetensum sit peritonaeum, aut aliquam faltem earum faciem inuestiat, quale quid in renibus, intestino recto, lotii vesica, quodammodo etiam pancreate et fellea cystide obseruatur.

Est etiam vt alia viscera quamquam etiam abdominalis caui parietibus adsideant, altius tamen in ventrem prominentia longe maxima sui superficie peritonaeo cingantur, quod v. c. de hepate, liene, imo vero et de ventriculo et utero muliebri, quid quod et de testibus immaturioris masculi foetus dicere licet.

Diuersa ab his ratio denuo est intestinalis tubi (quicquid eius praeter rectum restat,) qui tubus in medium usque abdominalis cauum adeo penetrauit, vt latissimos

mos peritonaei processus secum traxerit quasi, quibus suspensus adhaeret, mesenterium et mesocolon; cuiusmodi singularris istius membranae processibus etiam ligamenta vteri lata annumeranda sunt.

§. 405.

Denique vero omnium longissima et singularis peritonaei continuatio *omentum* est; amplus, tenerrimae texturae inanis foccus, a ventriculi curvatura maiore dependens, intestinorum maxime tenuum tractui praetensus, et giris eorum arcte se applicans, horumque interstitiis quodammodo se insinuans.

§. 406.

Praeter vasa sanguifera, quibus omentum pingitur, striis quoque s. taeniis adiposis distinctum est, passim reticulatis, (vnde vernaculum haec membrana nomen impertitum habet), et quae in obesis subinde ad molestam neque periculo carentem molem increscunt; quibusque in vniuersum

sum omentum halitu quasi pinguiuscule
vndiquaque perungitur.

§. 407.

Et egregiis quidem viris visum est,
plurimisque argumentis vltierius adstruere
fategit summus Hallerus, resorbtioni
dicatum esse eum adipem et ad hepar ad-
vehi, vt oleum bili suppeditet &c. de
quibus vero omnibus valde dubitare mihi
liceat, vtpote qui nihil adiposi fanae bili
inesse persuasum habeam, neque poros
eiusmodi resorbtioni inferuientes ne qui-
dem in ranis repererim quibus eos tribue-
bat Malpighius †), longe minus vero
in humano de quo agimus omento.

§. 408.

Verior autem omenti usus videtur de
quo omnes conueniunt, vt intestina lu-
bricet, adeoque perpetuum eorum motum
adiuuet et facilitet: qui et usus esse vide-
tur

†) *de omento, pinguedine et adiposis ductibus* pag. 96.
ed. 1669.

tur similiū sed exiguarum burfularum, quibus colon *) et rectum **) paſſim obſeffum eſt.

Tum vero etiam vt eorundem coalitum peritonaeo praecaueat, qua vniuerſum primarum viarum officium turbaretur.

§. 409.

Minus ē contrario probabile videtur, quod vulgo dicunt, arcendo quoque frigori destinatum eſſe; qui fane uſus in fani hominis omento quod neutiquam adipe onustum eſſe debet, vix ullus locum habere poterit.

Singularem interim omentorum, praefertim etiam parui f. hepaticogastrici, ſtrukturam conſideranti haud improbabile videtur, eſſe praeter recensitas aliam adhuc et quidem fortassis principem eius utilitatem, nobis adhuc ignotam, comparatae anatomes ope ultro inuestigandam.

*) cl. WALTER tab. nervos. thorac. et abdom. tab. II. m.
m. m.

**) BIDLOO *Anatomia hum. corporis* tab. XXXIX. fig. 6.
C. C. C. D. D. D.

SECTIO

SECTIO XXXIII.

DE

FVNCTIONE INTESTINORVM

§. 410.

Ipse vero intestinalis tubus, cui praetenditur omentum, et in quem delatum videntur (<§ 367. 368) chymum, ulterius in eodem ita elaborandum ut chylus a faecibus separari possit, in binas diuiditur tractus principes, tenuum sc. et crassorum; de quorum functionibus seorsim.

§. 411.

Tenuia †) autem iterum in ternas sectiones dispescunt: duodeni, ieuni et ilei.

Illi a longitudinis ratione, obiter habita nomen inditum est.

Isti

†) CHR. BERNH. ALBINI *Specimen anat. exhibens nonam tenuium hominis intestinor. descriptionem.* LB. 1724. 8.

Isti a habitu, quod nempe in recenti funere collapsum appareat, quasi inane, cum pultaceum tunc contineat liquamen; quod vero in hoc postremo iam faeces deposuit, et fixatum hactenus aërem extricauit, ita ut ultimum hocce intestinum tenue, idemque longissimum, quod a gyris denominarunt, magis turgens et quasi inflatum, imo iam quodammodo crassorum in modum in bullas hinc illinc diuisum appareat.

§. 412.

Tunicae tenuium in uniuersum similes iis quas ad ventriculum diximus (§ 359).

Extima mesenterii propago est.

Muscularis ex duplicis ordinis fibris constat: longitudinalibus nempe, interruptis, exterius decurrentibus, maxime ea in facie intestini, quae mesenterio ex aduerso opposita est; tum vero interioribus annularibus s. falcatis, qui lumen tubi angustant, cum priores contra eundem breuiorrem reddant. Ab utrisque viuidissima et

diutissima intestinorum irritabilitas pendet,
cuius alias meminimus (§ 305).

Neruea ex cellulosa compingitur stipata;
et facili encheiresi, flatu praesertim, iterum in spumosam quasi telam resolui potest †); in eadem quoque vasorum sanguiferorum ad meseraica ‡‡) pertinentium elegantissimae arbusculae *) distributae sunt; eademque intestinis ut ventriculo tenacitatem et robur impertit.

Intima denique, quae in tenuibus magis quam in reliquo alimentari tubo *villosae* nomen vere meretur, iunctim cum praecedentis membranae interiore facie hinc illinc in iuga vndulata et plicas rugosas abit, quae in inflatis et exsiccatis intestinis falcatam aciem prae se ferunt, tumque valuulae Kerkringianae appellantur **).

§. 413.

†) B. S. ALBINI annotat. acad. L. II. tab. IV. fig. 1. 2.

‡‡) EUSTACHII tab. XXVII. fig. 2. 4.

*) B. S. ALBINI diff. de arteriis et venis intestinorum hominis c. icon. colorib. distinct. LB. 1736. 4.

Ej. annotat. acad. L. III. tab. I. II.

**) KERKRINGII *spicilegium anatomicum* tab. XIV. fig. 1. 2.

§. 413.

Ipsi autem *villi* quorum ingenti vi †) intima ea tenuium superficies arctissime obsita est, et quorum elegantissimam struc-
turam subtilissime vasculosam primus cu-
ratus indagauit Lieberkühnus ‡), quamdiu chylo vacuum est intestinum,
laxe pendulis quodammodo comparari pos-
sunt perulis, molli contextu spongioso
intus scatentibus; quando vero intestinali
eo lacte resorpto turgent, tunc forma mu-
tata fere phalli esculenti speciem p[re]ae se
ferunt.

§. 414.

Cinguntur autem ad basin suam hi
villi innumeris *folliculis glandulosis*, qui
maxime nerueae tunicae inhaerent, ostiolo
autem per exiguo in cauum intestinale pe-
netrant, illincque mucum suum tradunt,
quo vniuersus ille tubus intus oblitus est.

X 2 Triplices

†) Circ. ad 500,000 contineri tenui intestino adulti
hominis, LIEBERKÜHNII ratio eit.

‡) *de fabrica et actione villorum intestinorum, tenuium ho-*
minis. LB. 1745. 4.

Triplices vulgo harum glandularum ordines constituunt: Brunnerianas sc. maiores, easque discretas, maxime eae duodeni parti inspersas, quae proxime pyloro subiecta est †).

Tum Peyerianas, minores, agminatas, praesertim altero intestini tenuis extremo inhaerentes ‡), quo valuulam coli spectat.

Denique Lieberkühnianas minimas, quarum octonae circ. ad singulum villum pertinere dicuntur *).

Parum firmo autem talo haec muci fontium diuisio niti videtur. Ni enim grauiter fallor tum Brunneriane, tum Peyerianae glandulae, quales nempe iconibus citatis exhibentur, non nisi ad vitiatum et morbosum statum pertinent; cum non vna vice in fanissimis variae aetatis

†) Jo. CONR. A BRUNN *glandulae duodeni s. pancreas secundarium* Frf. 1715. 4. fig. 1.

‡) Jo. CONR. PEYER *de glandulis intestinalium* Scafhus. 1677. S. maxime fig. 3.

*) LIEBERKÜHN l.c. p. 17. tab. III.

aetatis hominum intestinis tenuibus ne vestigium quidem eiusmodi papillarum fungosarum, poro pertusarum inuenierim; in *aphthosis* e contrario subinde vniuersum fere intestinalem tubum infinita plane vi earum, partim singularium partim congregatarum, obsitum viderim †: ita ut non nisi eas minutissimas, quasi miliares glandulas muciferas, pro genuinis recipiendas esse persuasum habeam, quae subtiliter separata villosa, in auersa eius pagina faciles se visui praebent, in aduersa autem vix distingui poterunt.

§. 415.

Vti in ventriculum, ita etiam in tenuum intestinorum cauum depluere *sucus*, quem ideo *entericum* vocant, praeter alia vulgato experimento, quod Pechlinus ††) ni fallor primus instituit, eui-

X 3

ctum

†) Et hae quidem *aphthae* intestinales vt ouum ouo simillimae erant iis tuberculis, quae cl. SHELDON opere infra citando tab. I. pro ampullulis chylo turgentibus exhibuit.

††) *de purgantium medicamentor. facultatibus* pag. 509.
— tab. IV.

ctum est. Natura sua haud absimilem esse gastrico liquori probabile videtur, quanquam curatior eius indagatio adhuc ad desiderata physiologica pertineat; neque de quantitate qua secernitur quidquam statuere ausim, quam Hallerus, fane nimis largiter, si quid recte video, ad octo libras per nycthemerum constituit.

§. 416.

Porro et hoc intestinis cum ventriculo commune est, ut similiter, imo vero longe viuidius *peristaltico motu* †) agitentur, qui maxime quamdiu chymosa puls ipsa transit eandem vndulatoria et erratica constrictione hinc illinc leniter subigat, et a duodenali parte versus crassa propellat. Etsi enim et antiperistaltica commotio negari nequeat, qua subinde retrograda agitatione conuelluntur, ea tamen in fano homine priore longe debilior et rarer et breuioris momenti existit.

§. 417.

†) BENJ. SCHWARTZ *de vomitu et motu intestinalium.*

LB. 1745. 4.

JAC. FOELIX *de motu peristaltico intestinalium* Trevir.

1750. 4.

§. 417.

Et hactenus quidem recensitis viribus principibus tam mouentibus, quae modo diximus, quam menstruis et alterantibus humorum inquilinorum quas chymo passim affundi vidimus, memorabiles contingunt huicce ipso mutationes, maxime eo reduntes, ut in iejuno aequabilis mixtionis liquidiorem pultem referat, grisei fere coloris, odoris vero acidiusculi: postquam autem in ileum peruerterit, in binas partes secedere incipiat; faeces nempe ex flavo pallide bruneos †), nauseosi odoris

X 4 et

†) Colorem faecum biliosum ab ipsa excrementitia bilis parte deriuandum esse supra (§ 392) iam dictum est. In iejuno quidem bilis adhuc integra aequabili intestinali pulti admixta, ideoque dispersa quasi et diluta genuinum suum colorem exhibere nequit: postquam vero ulteriore progressu in binas partes secessit, altera earum, excrementitia nempe, faecibus praecipitatis admixta, et quasi denuo concentrata, pristinum nunc colorem monstrat, eundemque faecibus ipsis impertit.

Aliter quidem de origine biliosi faecum ileo contentarum coloris sentit cl. WOLFF (in Act. Petropolit. a. 1779. P. II. p. 245) cum nouam portionem

et qui ipsis supernatat, genuinum chylum, e chymo emulsum, bilis ope a faecibus separatum, et resorbtioni in lactea vasa destinatum, quo eundem sequenti sectione ulterius comitabimur, iam prius visuri quaenam porro residuis faecibus via legenda sit.

§. 418.

tionem bilis circa ieiani fines accedere arbitratur, exhalando de vesica fellea, penetrandoque in hac sede in intestinum et in intestini contenta; quae diuersa forte a bile choledochi, certe non ita cum faecibus, ut illa cum chymo miscetur, dum proprium suum colorem ad annum usque conseruet, veraque adeo bilis permaneat.

At enim vero, praeterquam quod in promptu caussa sit, quare non prius quam chymus et bilis ipsa in partes suas secesserunt, color iste obseruari possit, dubium mihi adhuc videtur num unquam in homine viuo et sano fel ex cystide sua exhalare et in vicinum intestinum penetrare possit; cum sane in funeribus recentissimis et fere adhuc calentibus vix bile tincta viderim vicina intestina, quae vero praeterlaps pluribus post mortem horis aut diebus, late et saturate bilioso pigmento infecta obseruauit, quando nunc atonica et iners vesica contentum fel iniquius retinebat, ideinque membranas eius largius transsudans vicinas regiones inquinabat.

§. 418.

His ergo, postquam diutino per ileum itinere magis magisque inspissatae fuerint valuula coli superanda et ita in crafforum tractum transeundum est; quo scopo ilei vicinum extremum eo copiosiore muco intus illitum et lubricatum est, ut eo facilius istae faeces exinde per ipsam valuulam delabi possint.

§. 419.

Est autem *valuula coli* †) s. vt a vero inuentore non immerito appellari potest, *valuula Fallopii* *) ilei quod in craffi

X 5 idem

†) HALLER de *valuula coli*. Goetting. 1742. 4. — recus.
in Oper. minor. T. I. p. 580 sq.

Jo. MICH. RÖDERER de *valuula coli* Argent. 1768. 4.

*) Notissimi sunt de vero memorabilis huius valuulae inuentore, auctorum diffensus, de quibus adeant quorum interest, HALLERI elementa T. VII. P. I. pag. 142.

Certus interim scio diu ante eorum tempora quibus egregium illud inuentum vulgo tribuitur, id ipsum ad amissim cognitum et perspectum fuisse viro summo et de humana anatomie immor-
taliter

idem amplectentis cauum penetrat, continuatio breuis seu processus, cuius labia exteriora altius prominente ruga crassi intestini ita constituuntur †), ut non solum in aliis id genus plicis intima tantum et neruea, sed et muscularis tunicae fibrae ad eandem concurrant. Duplex exinde nascitur

taliter merito GABR. FALLOPIO. Extat enim eius codex quidam anecdotus in Bibliotheca academiae nostrae, in quo praeter alia continetur quoque EJ. *anatomia simiae*, vbi in demonstratione publica Patavii habita d. 2. Febr. a. 1553. valuulae coli structuram et usum sequentibus explicat: „*Coeci usus est in simiis ne regurgitet cibis ad partes superiores cum prona incedunt: quodque hic usus fit, signum est, quia si in rectum aqua immittatur, aut flatus, perueniet in coecum, non transgredietur autem crassa. At si superius immittatur, pertransiet. Ratio est: quia ad insertionem ilei plicae sunt duae quae in inflatione et repleione comprimuntur, ut in corde sit, et prohibent regressum: unde nec clysteria possunt peruenire ad partes illas, et pertransire, ita ut eiiciantur per vomitum in homine, nisi debilibus et morbo existentibus intestinis.*..”

†) Recentis et intemeratae valuulae iconem exhibet B. S. ALBINVS *annotat. acad.* I. III. tab. V. fig. 1. Flatu vero et exsiccatione mutata in SANATORINI tab. posth. XIV. fig. 1. 2.

nascitur eius functio, vt nempe tam praeposterum faecum e tenui in crassa transi-
tum, quam eorundem ex his in illud re-
gressum impedit.

§. 420.

Crassum intestinum, quod ipsum itidem
vt tenue in ternas sectiones diuiserunt,
a coeco incipit, [cui *processus* adhaeret *ver-*
miformis, dubii in adulto homine usus
particula †)], et in vniuersum peramplum
exhibit alueum, vt scybala in eo sensim
colligi et ad opportunam vsque **excretio-**
nem retineri possint.

§. 421.

Vti diametro ita et tunicarum crassitie
et robore tenuia excedit. Muscularis prae-
fertim id singulare habet, quod fibrae eius
longitudinales si recti partem extremam
excipias,

†) LIEBERKÜHN *de valvula coli et usu processus vermicularis* I.B. 1739. 4.

JOACH. VOSSE *de intestino coeco eiusque appendice vermiformi* Goetting. 1749. 4.

excipias, in terna sic dicta ligamenta coli *) collecta sint; ipsumque intestinum in bulbosa quasi segmenta distinguatur. Intima vero non adeo eleganter floccosa est ac in tenuibus, sed isti similior quae ventriculi cauum inuestit.

§. 422.

Motus peristalticus crassis minus viuidus esse videtur quam tenuibus. Maior e contrario preli abdominalis in eadem actio, cum vniuersum *colon* ipsi proxime subiectum sit.

§. 423.

Et ita contenta crassis scybalia lente promouentur donec tandem in *rectum* delata stimulo interno de excretione moneant et urgeant, cui facilitandae partim defectu rugarum transuersarum, praesertim vero ingenti muci copia prospectum est, id ipsum extremum intestinum interius lubricante.

Perficit

*) EUSTACHII tab. X. fig. 2. 4. 5.

Perficit vero eam excretionem maxime abdominalis preli deorsum vrgentis nixus, superans resistentiam coccygis et vtriusque sphincteris, quorum interior fibrarum annularium insignis fasciculus est, exterior vero musculus vere cutaneus; quibus peractis, remittente nixu, leuator maxime ani intestinum retrahit, a sphincteribus iterum clausum. †)

†) v. omnes has partes ex utroque sexu in SANTORINI tab. posth. XVI. et XVII.

SECTIO

SECTIO XXXIV.
DE
FVNCTIONE SYSTEMATIS
VASORVM ABSORBENTIVM *).

§. 424.

Chylum quem in intestino ileo a faecibus suis liberatum reliqueramus, ex multifariis humorum generibus compositum esse, ex antea dictis per se patet. Et ingentem quidem copiam humorum *inquilinorum*, saliuæ, succi gastrici, pancreatici, enterici, bilis &c. quos chymo affundi vidimus, quanquam non nisi ad maxime incertos

et

*) cf. ad hanc sectionem post sparsas antecessorum labores

W. HEWSON's *Experimental Inquiries into the lymphatic system* Lond. 1774. 8.

cl. SHELDON et WERNERI ac FELLERI opera alias citata.

it. cl. MASCAGNI *prodrome d'un ouvrage sur les vaisseaux lymphatiques &c.* Senis. 1784. fol.

et fallaces calculos redigi queat, in universum tamen eam chyli partem constitutiuam, quae ab alimentis accedit, longe superare, extra omnem dubitationis aleam positum videtur. Solutioque problematis exinde deriuanda, quomodo diuersissimi ordinis ingesta nihilominus tamen in eundem sibi similem et homogeneum et animali naturae adaequatum lacteum chylum verti possint.

§. 425.

Viae autem quas chylus legere debet, antequam ex intestinis ad sanguinis cui destinatus est massam peruenire possit, partem constituunt systematis absorbentis, cuius hactenus non nisi obiter mentionem iniecumus, de quo iam vero ex professo agere oportet, quodque quaternas in universum complectitur partes, venas nempe tam lacteas quam lymphaticas; tum glandulas congregatas; denique ductum thoracicum, de quibus omnibus sigillatim quaedam monenda sunt.

§. 426.

§. 426.

Quod ortum lacteorum ex intestinis attinet, vix quidem dubium est, pertinere eum ad villos tunicae intimae supra dictos; de eo autem adhuc ambigitur num ex ipsis istis villis proxime producantur, an vero tantum ope cellulofae intermediae remotius cum ipsis commercium alant. Quantum ego quidem noui hactenus nemini adhuc non magis quam mihi ipsi licuit ipsis vasorum lacteorum radiculas luculenter ad ipsos usque istos villos ita prosequi, ut immediatus earundem partium nexus exinde elucesceret, sed vasa ista hinc illinc in intestini tunicis, insigni statim trunculo originem ducere, et si conjecturae locus est dandus ex vicinae regionis cellulosa chylum, villorum ope primo haustum ulterius reforbere viderentur. Id quod sane in catellis non una vice obseruare mihi visus sum, quibus ex celebri Listeriano experimento †) una alteraue ante eorum viuisctionem hora coeruleum indicum infuderam.

§. 427.

†) *Philos. Transact.* N. 143. collato N. 275.

§. 427.

Trunculi autem quos modo diximus prius aliquot plerumque vnciarum longitudine in ipsa intestini superficie sub tunica eius extima decurrunt, imo subinde angulosis maeandris eunt quasi et redeunt, antequam mesenterium intrent.

§. 428.

In ipso autem per mesenterium decursu hinc illinc in glandulas meseraicas abeunt, quarum duplicem seriem distinguere licet. Alteram quae intestino vicina est et dispersas minores fabaeformes exhibet. Alteram chyli receptaculo propiorem, maioribus constantem et aggregatis glandulis.

§. 429.

Vtrumque vero genus reuera nihil aliud esse videtur, quam ipsorum vasorum lacteorum glomeruli stricte compacti, infinitis vasculis sanguiferis pertexti †), cursum

†) BOERHAAVII et RUYSCHEI *de fabrica glandular. opusculum* LB. 1722. 4. p. 81.

sum chyli retardantes, eo fortassis fine vt ea mora tanto melius et intimius animali naturae assimiletur et quasi maturescat, antequam thoracicum ductum intret et dehinc sanguinis fluento admisceatur.

§. 430.

Quaesitum est num et crassis intestinis venae sint lacteae, quod tum enematum specificorum, nutrientium aut inebriantum &c. virtute, tum exinde probare studuerunt, quod scybala quo diutius retineantur eo duriora et magis exsucca fiant. Quanquam autem haec argumenta nullatenus demonstrent chylum aliquem genuinum ex faecibus adhuc resorberi postquam valuulam Fallopii superarunt, hoc tamen exinde ulterius confirmatur, quod quidem ipsa autopsia pridem iam euictum est, scatere utique crassa intestina satis insigni apparatu venarum lymphaticarum, quibus in uniuersum yna fere eademque cum lacteis et fabrica et functio est, ita ut et lactea mesenterii, quamdiu intestina

intestina chylo carent, lympham interim
forbeant †).

§. 431.

Alia vero eademque grauior et solu-
tione difficilior quaestio est, num omnis
chylus quem tenuia forbent, vnicē publica
ea ac regia ut vocant via, per lactea
nempe et thoracicum ductum, sanguini
aduehatur, an praeterea et quales ex-
tent viae clandestinae, quibus se itidem
sanguinis fluento insinuare queat?

Fateri quidem oportet pleraque quibus
priuatam eam chyli per venas sanguiferas
ipsas reforbitionem probare studuerunt,
non adeo firmo niti talo; ita enim Ruy-
schii assertum, indurari et constringi se-
nior ingruente glandulas meseraicas ut fun-
ctioni vltro obeundae impares fiant, pri-
dem refutatum, imo potius euictum est,
alias etiam eārum glandularum affectio-
nes, intumescentias &c. male obstructio-

Y 2

num

†) v. NUCKII *de innuentis nonis ep. anatomica* p. 146 sq.

num nomine vulgo venire, cum satis plerumque peruviae maneant, et argento viuo facilem aditum et transitum concedant. Vulgato vero phaenomeno, quo aquam tepidam cadaueris inertibus venis meseraicis infusam in cauum intestinale transfudare constat, ad functionem viui corporis demonstrandam parum ponderis inesse mihi videtur; multo minus autem orichalceo tubo bircruri et biramo, quem ad eam opinionem roborandam inuenierat Lieberkühnius. Sed et quod assertum legimus †) de viso vere in venis meseraicis rubris chylo, ulteriore adhuc indaginem et confirmationem exigere videtur, ita ut haec tenus quidem nondum mihi persuasum sit reuehere hasce venas quidquam aliud quam sanguinem validissime phlogistica- tum bilis secretioni destinatum *).

§. 432.

†) WERNER et FELLER l. c. p. 12 sq.

*) Elegans est experimentum, quod quidem primo intuitu viis istis chyli clandestinis fuisse videtur, et cuius notitiam cl. CALDANIO debeo; ubi agno aut

§. 432.

Vltimi denique venarum lactearum
trunci aequae ac alii quidam ipfis simillimi e
Y 3 confluxu

aut hoedo bene antea pasto, duplex iniicitur
vinculum; alterum scil. venae, quae ipsi est pro
sinistra subclavia: alterum, idemque quam arctis.
sernum mesenterio ad ipsam eius prope lumborum
vertebras originem. Egregie tunc conspicua red-
duntur lactea et lymphatica quae utriusque vinculo
interiacent; tum et lymphatica ex artibus infe-
rioribus adscendentia. Tum vero momento primo
intumescunt etiam lactea in ipso mesenterio inter
intestina et vinculum decurrentia; sed paulo post
eadem deplentur et quasi euanescent, ita ut visui
plane se subducant.

Verum singulare hocce phaenomenon mihi
quidem non tam ex clandestino quodam chyli ex
vasis lacteis in vicinas venas sanguiferas secessu,
quam exinde deriuandum videtur, quod ista lactea
non obstantibus valvulis suis contentum chylum
retrogrado motu (quo ipso nuper satis feliciter
vsus est cl. DARWIN ad illustranda quamplurima
phaenomena pathologica) in ipsum intestinorum
caunum repellant. Neutquam enim invincibilem
esse earum valvularum resistentiam, sed iniquius
eas lumen vasorum absorbentium claudere pridem
notum est; ita ut subinde in administratione ea-
rum anatomica non difficulter ex truncis versus
radiculis eorum propelli possit argentum viuum.

confluxu quamplurimorum vasorum lymphaticorum orti †), coëunt in *receptaculum s. cisternam chyli*, quo nomine *ductus thoracicus* s. Pecquetiani infimam eamque ampliorem partem distinguere solent.

§. 433.

Est autem hicce ductus ††) membranaceus canalis, gracilis, satis tamen robustus, plus minus anfractuosus et miris subinde directionis imo et diuisionis varietatibus ludens *), muscularibus fibris aequae destitutus ac neruis, valuulis hinc illinc distinctus, denique ad infimam circ. colli vertebram postquam venam subclaviam sinistram superauerat ad eandem reflexus **), eidemque insertus, et in ipso

eo

†) cl. SHELDON l. c. tab. V.

††) v. HALLERI *observationes de ductu thoracico in theatro Goettingensi factas.* Goetting. 1741. 4.

B. S. ALBINI *tabula vasis chyliferi* LB. 1757. fol. max.

*) cf. v. c. Jo. CHRPH. BOHLII *viae lacteae c. b. historia naturalis Regiom.* 1741. 4.

cl. SABATIER in *Mém. de l'ac. des sc. de Paris* a. 1780.

**) v. HALLERI *Opera minora* Vol. I. tab. XII.

eo insertionis ostio peculiaris structurae
valuula munitus.

§. 434.

Vires autem chylum tam in lacteis
venis quam per ductum thoracicum pro-
pellentes maxime quidem ad contractilita-
tem horum vasorum, tum ad valuulas
eorum, ad vim a tergo urgente, et ad
pulsum vicinarum arteriarum referenda
videntur.

§. 435.

Valuulae vero quam diximus, ostio
ductus chyliferi supremo praefixa, usum
non tam ad impediendum sanguinis in-
eundem ingressum, quam ad modifican-
dum chyli in eam venam transitum et
non nisi guttatum in eandem destillandum
inseruire, probabile est.

Ita enim cauetur ne unquam chyli
recenter aduenae nimis copiosa portio
sanguinem intret, quam cordis parietes
internos vehementius stimulare, et ini-

qui⁹ et difficilius ab iisdem subigi ne-
cessum foret, cum is recens chylus maxi-
me heterogeneis elementis constet, non
ex primis solum viis lacteorum ope vas-
rum, sed et ex vniuerso reliquo corpore
per vasa lymphatica aduectis.

§. 436.

Ipsae enim istae *venae lymphaticae* †),
quae tertiam systematis absorbentis par-
tem constituunt, et in vniuersum tam
fabrica quam functione sua cum lacteis
conueniunt, longe latius tamen et per
vniuersum fortassis corpus dominantur *),
maxime autem tum ab integumentis com-
munibus externis, tum a pleura et peri-
tonaeo et visceribus thorace et abdomen
contentis oriuntur.

§. 437.

†) cf. praeter alios passim citatos et adhuc citandos
Jo. FR. MECKEL de *vasis lymphaticis glandulisque*
conglobatis. Berol. 1757. 4.

cl. ALEX. MONRO fil. de *venis lymphaticis valvulosis*.
ib. eod. 8.

*) W. HUNTER's *medical commentaries* P. I. p. 5 f.

§. 437.

Et quidem simili ratione oriri videntur quam ad lacteorum ex intestinis originem diximus, ita ut singula lymphatici vasis radicula ex vicina tela cellulosa, tanquam ex territorio suo, contentum rorem forbeat et ulterius propellat.

§. 438.

In decursu suo lymphatica haecce creibius rarius valuulis bigatis distinguuntur, passim etiam tantum non omnes in glandulas congregatas abeunt, viciniores etiam hinc illinc anastomosibus necuntur, et qui quorundam viscerum, v. c. pulmonum, hepatis &c. superficiem obducunt, elegantissima formant reticula.

§. 439.

Functionem eorum praeter alia, ex supra dictis patentia, maxime iuuat insignis eorum contractilitas et cum tunicarum teneritudine iunctum robur, quo et in administratione eorum anatomica tam

Y. 5 pondero-

ponderosae argenti viui columnae resistere valent: tum vero etiam in artibus maxime, muscularis motus qui multimode eadem premens et quasi subigens, tonum eorum egregie auget.

§. 440.

De finibus vero horum lymphaticorum nuperis temporibus diuersimode disputatum est, cum ab aliis statuatur confluere eas venas ad unam omnes in ductum thoracicum: (non secus ac sanguiferae corporis venae in cauas:) alii e contrario eximant ad minimum lymphatica dextri brachii et dextri in collo lateris utpote quae non in eundem ductum, sed in ipsam eiusdem lateris subclaviam inferi docent †); alii in glandulis saltem congregatis lymphatica cum venis rubris communicare affumant ‡); alii et quidem non sine probabilitatis specie, lymphaticas patere vias putent, quae intestinalem tubum et vro-poietica organa intercedant.

§. 441.

†) cf. v. cl. SABATIER et MASCAGNI II. cc.

‡) cf. HEWSONI *opus posthumum* p. 37. not. *

§. 441.

Exinde autem quod lymphatica vasa per vniuersum fere corpus longe lateque regnent, et maxime quidem exinde quod et ingens eorum copia ex ipsa cutanea corporis superficie fluida a foris applicata reforbere possit, per se patet quam multifaria esse debeat indoles proxime reforbatae huius lymphae; quam varietatem etiam curatior in funeribus indagatio confirmat, vbi v.c. latex in hepatis aut lieenis venis absorbentibus contentus, alias deprehendatur quam illorum qui ad uterum decurrunt & s. p.

§. 442.

Et hic quidem usus princeps esse videtur *glandularum conglobatarum*, quae denique ultimam systematis lymphatici partem constituunt, ut tam diuersissimae indolis aquulæ, praesertim per cutem reforbatae, lentiore motu et mora quadam (fortassis etiam noui laticis ex arteriolis ipsis aduenientis accessu) magis magisque animali

animali naturae assimilentur, indeque caveatur, ne crudi nimis humores †) praepostere sanguini admixti nocuos in cor exferant stimulus.

§. 443.

Quod ad reliqua autem ipsae hae glandulae per totum fere corpus passim dispersae *), hinc illinc ut in inguine et sub axillis coagminatae, in vniuersum meserai-

†) Ambages istas rite perpendenti quibus pronida vti-
tut natura ad subigendos et assimilandos humores
resorbtos, antequam vitali sanguinis fluento ad-
misceantur, et ab altera parte dira symptomata,
palpitationes cordis, conuulsiones &c. cogitanti
quae vel exiguae portionis, insontis alias liquidi,
ope chirurgiae infusoriae in sanguinem immissio-
nem sequuntur, magis sane magisque persuasum
videbitur nullam esse venarum sanguiferarum re-
forbtionem ullius heterogenei laticis, praeter ipfissi-
mum sanguinem (v. c. in erekctione membrorum
quorundam, erubescientia, placentae functione &c.):
-- et ad lymphaticum systema pertinere eas ab-
forbtiones, quae HALLERVIS venis rubris tribuere
sagegit, de c. b. functionib. Vol. I. p. 281 sq.

*) NUCKII adenographia curiosa LB. 1696. 8.

meseraicis quas diximus glandulis quam simillimae sunt, itidem ex ipsorum vasorum absorbentium inuolutionibus magnam partem constantes, itidem ingenti numero sanguineorum vasculorum prouisae, similibus morbosis affectionibus facile obnoxiae &c.

SECTIO XXXV.
DE
SANGVIFICATIONE.

§. 444.

Sanguificationis vocem eo sensu heic sumi
vt chyli cum sanguine assimilationem, et
succedaneae iacturae quam *hic* patitur
aeque succedaneam *istius* ope restitutionem
denotet, vix monitu opus est.

§. 445.

In eo enim vertitur omnium corporis
nostrum humorum diuisio in ternas classes
(§ 4. 5.) *crudorum*, *sanguineorum* et *secreto-
rum*; vt media earum ipsius principis vi-
talis laticis torrentem complectatur, cui
perpetuo tramite numerosi humores secreti
detrahuntur, aequali vero perpetuo affluxu
ab altera parte per inumeros absorbentis
systematis riuulos tum chylus, tum per
lymphatica resorbtus humor, accedit.

§. 446.

§. 446.

Cum vero sanguis adeo singularis plane et in suo genere vnicus humor sit, cui nullus in vniuersa natura aequalis extet (§ 6), per se facile intelligitur variis opus esse adminiculis et mediis, quorum ope heterogenei isti humores aduentitii, sanguini ex thoracico ductu accedentes, cum eo subigantur ipsique assimilentur.

§. 447.

Et primo quidem loco huc facere videntur anfractus illi, quos saepius iam diximus, quibus tum lacteae tum lymphaticae venae, maxime in meseraicis reliquisque congregatis glandulis vltro citroque circumferuntur, simulque magis magisque animali et inquilino quasi contagio inficiuntur.

§. 448.

Porro autem considerare oportet, magnam istius lymphae partem, quae cum intestinali chylo in thoracico ductu mixta subcla-

subclauiam sinistram intrat, ex intimis
quasi viscerum aliarumque corporis par-
tium mollium penetralibus haustam, ex
ipso sanguine antea secretam, ideoque
totam quantam animali iam natura imbu-
tam esse, et facillime procul dubio san-
guinis massae, ad quam tantum reddit, ite-
rum admixtam fore.

§. 449.

Tum vero et accedit, de quo supra
iam monitum est, lentus et quasi stillati-
tius chyli in sanguinem transitus, qui
non nisi guttatim per ultimam thoracici
ductus valuulam in subclauiam delabitur,
ita ut exiguae hae portiunculae eo inti-
mius sanguini admisceri possint.

§. 450.

Sed et ipsa cordis interior structura eo
conferre videtur, ut sanguis nouo chylo
recenter grauidus miris istic musculis pa-
pillaryibus, quibus cordis ventriculi scatent
intime conquassetur et condepsatur.

§. 451.

§. 451.

Magnas etiam pulmonum sanguinem
nouo chylo donatum excipientium, et
respirationis negotii in assimilatione chyli
partes esse facile patebit cogitanti tum
stupendam istorum viscerum fabricam vas-
culosam (§ 135), tum eorundem perpe-
tuum et aequabilem alternum, dum ani-
mam ducimus, motum,

§. 452.

Reliquum denique sanguificationis a
maiore per vniuersum corpus sanguinis
circulo, et qui eundem iuuant viribus,
perficitur, musculari maxime motu &c.

§. 453.

Quanquam autem tantis et tam mul-
tifariis adminiculis chyli cum sanguine
connubio prouisum sit, chylo etiam ipso
quoad partes suas constitutias aliqua cum
sanguine intercedere videatur, similitudo;
plurium tamen horarum impendio opus
esse vulgo afferitur, antequam chylus la-

cetero suo colore exutus, purpureo cui destinatus est fluento, intime assimilatus sit; cui asserto probando praeter alia argumenta illo etiam ex pathologia desumpto vti solent, quod toties, pluribus post digestionem horis ex vena secta integrum effluxisse chylum obseruatum fuerit: quale quidem phaenomenon mihi ipsi aliquando oculis usurpare licuit, vbi vero simul nimis luculenter apparuit sanguinem eum phlogistica (et eo ipso chyli assimilationi inimica) dispositione laborare, ita ut exinde ad statum sanum circa quem omnis physiologia versatur, vix ullam deduci posse consequentiam, persuasum habeam.

SECTIO XXXVI.

DE
N V T R I T I O N E.

§. 454.

Praeter eam sanguinis functionem, quam alias indagauimus, igneum elementum per vniuersum corpus distribuendi et phlogisticum eius loco reuehendi, prima et principalia eius munera eo redeunt, vt corpori nutrimentum, secretoriis autem organis peculiarem quem ipsi detrahunt laticem, praebeat; de quo duplici officio proxime agendum est; et primo quidem loco de nutritione.

§. 455.

Est autem *nutritio* sumnum naturae priuilegium, et omnium ac singulorum in utroque regno corporum organicorum communis et princeps praerogatiua, qua

Z 2 machinas

machinas et automata humano artificio confecta, primo statim intuitu mirum quantum longissime superant, vtpote quorum nulli vnquam artifex eam dotem indere potest, qua, ne dicam increscere, quasi adolescere, et se ipsam magis magisque perfectiorem reddere, verum nec proprio vt ita dicam Marte se conseruare, iacturas detritu sensim illatas sibi ipsi reparare possit & f. p.

§. 456.

Et haec ipsa est corporis nostri facultas nutritia, qua omnes istae summae et admirandae functiones peraguntur, cuius nempe ope inde a primis formationis nostrae auspiciis increscimus, adolescimus, et ad ultimum usque vitae halitum iacturae qua corpus nostrum, quam diu viuit, se ipsum ab una parte destruit et quasi consumit, ab altera succurrit et medetur.

§. 457.

Verum de istius iacturae ratione diuersimode disputatum est, maxime num et ea in

in solidas corporis nostri partes cadat †), numue potius [quae acuti sane ingenii quorundam virorum sententia est *]) hae postquam semel formatae et adultae fuerint, intemeratae perennent?

§. 458.

Et de quibusdam quidem partibus similiaribus solidis, epidermide v. c. vnguis &c. nullus plane dubio locus est quin vere sensim et destruantur et reparentur; sed et de ipsis ossibus rem extra dubitationis aleam positam videri patebit, vel notissima experimenta consideranti, in animantibus calidi sanguinis, rubiae tintorum

Z 3 rum

†) cf. viri summi Jo. BERNOULLI diff. *de nutritione*.

Groning. 1669. 4. qua istam perpetuam etsi insensibilem solidorum tum iacturam tum reparacionem tanti aestimat, ut quoquis ad summum trienio integrum corpus et destrutum et denuo renatum dicere liceat.

*) v. cl. KEMME *Beurtheilung eines Beweises vor die Immaterialität der Seele aus der Medicin* Hal. 1776. 8.

it. EJ. Zweifel u. Erinnerungen wider die Lehre der Aerzte von der Ernährung der festen Theile. ibid. 1778. 8.

rum radice pastis instituenda, aut ossium planorum, praesertim caluariae, quae in summo senio ob iniquiorem nutritionem, mirum subinde in modum attenuantur, & f. p.

§. 459.

In vniuersum autem si quid recte video, eae partes solidae ita et sensim deteri et nutriendo restitui videntur, quibus quoque *vis reproduciua* insita est, miranda nempe facultas non perpetuum tantum istum atomorum secundum naturam detritum, sed et maiorum partium fortuitam iacturam, iniuriis praesertim externis, vulneribus &c. illatam, reparandi et deperditam substantiam perfecte restaurandi, quam in ossibus †), paucisque aliis quas modo diximus partibus euictam et confirmatam novimus.

§. 460.

†) v. post alios curatissima G. L. KOELERI nostri experimenta circa regenerationem ossium. Goetting. 1786. 8.

§. 460.

E contrario vero haecce *reproductiva vis* quantum post plurima tentamina quae eo fine institui concludere mihi licet, in homine aliisque calidi sanguinis animantibus vix vlli parti solidae similari concessa videtur, *quae praeter contraribilitatem alio vis vitalis genere gaudet; irritabilitate nempe, aut sensibilitate, aut denique vita propria.* *)

§. 461.

In hisce ergo partibus (huiusmodi viribus vitalibus altioris quasi ordinis gaudentibus) idem semper ac perpetuum perennare mihi videtur parenchyma, basin earum partium constituens; eatenus tan-

Z 4 tum

*) Neque praeterea in vniuersum vim sentio argumenti quo summus HALLERV ad demonstrandam eam, de qua loquimur, iacturam et reparationem partium corporis humani mollium vtitur, quando Elementor. T. VIII. P. II. p. 54. inquit: „*Si ossa et dentes reuouantur, si adeo vetusta elementa delentur, et nona tis succedunt, de aliis corporis partibus, minus firmis, non oportet dubitare..,*

tum vicissitudini cuidam obnoxium, vt
vigente nutritione interstitia parenchyma-
tis cellulosa nutritore plastica fanguinis
lympha iugiter repleta turgeant; iniquius
vero procedente nutritione eadem inter-
stitia lympha ista orbata collabantur quasi
et partes gracilescant.

§. 462.

Haecce enim plastica lympha, de cuius
dignitate alias pluribus dictum est, vti
ipsa facile in cellulosam telam abit, ita et
in vniuersum principem materiem corporis
nutritiam constituere videtur, quae infinita
ea, toties iam dicta, sanguineorum vascu-
lorum copia per vniuersum fere corpus
dimanat.

§. 463.

Tunc vero maxime quamdiu corpus
increcit, propriae quoque accedere viden-
tur vires, quarum ope lympha ex ultimis
vasis sanguiferis in cellulosam deposita,
rite distribuatur, cuiuis proprio parenchy-
mati

mati intime quasi assimiletur &c. quo ni fallimur, partim affinitatis quaedam lex pertinet, cuius ope partes similares ipsae sibi homogenea et maxime affinia elementa attrahunt et quasi appropriant; partim vero nifus ille formatiuus, de quo infra pluribus dicendi locus erit, et cui elementaris huius materiei haec tenus informis iusta applicatio et in statutam figuram efformatio tribuenda videtur.

§. 464.

Ad utramque hancce vim, si quid recte video, referenda quoque maxime est nutritio eiusmodi partium similarium, ad quae ipsa vasa sanguifera proxime non pertinent, ut vngues, pili &c. et nihilominus tamen potentissimo et vere infallibili nisu primo generantur, tum increscunt et per totam vitam aluntur, denique et si casu labantur, facillime denuo reproducuntur.

§. 465.

Vti vero haec quam diximus in universum nutritionis ratio esse videtur, ita

Z 5

ab

ab altera parte multifarias eiusdem gradum et modum intercedere varietates constat, vbi praesertim a laxiore aut strictiore materiei nutritiae appositione varia ipsarum partium similarium densior aut tenerior compages et hinc poro varium vniuersi corporis pondus specificum †) pendere videtur. Circa quod ut hominem ab homine ita etiam gentes nonnullas a gentibus differre notum est: cuius rei documento vnicum saltem borealium quarundam gentium Jakutarum, Buratarum &c. exemplum in medium protulisse sufficiat, insigni et plane singulari corporis leuitate conspicuarum.

†) J. ROBERTSON *on the specific gravity of living men.*
in *philos. Transact.* Vol. I.. P. I. p. 30 sq.

SECTIO XXXVII.
DE
SECRETIONE.

§. 466.

Praeter nutritios succos alii quoque et quidem diuersissimi ordinis humores multifario fine ex sanguinis penu detrahuntur, idque secretionis ope, qua vero functione in physiologicis nihil esse obscurius, post alios neque immerito questus est Hallerius.

§. 467.

Et quidem humores secreti tanta ab una parte varietate ludere, ab altera vero tanta affinitate inuicem quasi confluere videntur, ut non nisi ad maxime arbitrarias classes eosdem redigere liceat. In vniuersum tamen, si aliqualem rationem habere velimus leuioris grauiorisque mutationis et modificationis quam elementa

eorum

eorum sanguinis penu contenta in secretoriis organis patiuntur, sequenti ordine recensendi videntur:

ita ut a *lacie* initium facere possimus, quod quodammodo pro chylo reducto habere licet, et simplicissimo processu ex sanguine cui nuper chylus accesserat, separari videtur.

Sequantur *aquei* latices, quo oculi humores pertinent, et lacrumae; item sudor; vapor etiam ni fallimur, in universum cellulosae interstitiis contentus, et thoracico et abdominali cauo: a quo parum abhorre videtur pericardii liquor, et is quo cerebri ventriculi tum et pituitarii cranii sinus irrorantur.

Ad aquosos etiam vulgo refertur, peculiari tamen indole insignis *urina*.

Magis iam decompositi videntur *salivales* humores, masticationi, digestioni et chylificationi inferuentes.

Tum

Tum *mucosi*, cauitates plerorumque viscerum quae ad naturales et genitales functiones pertinent, aequae ac aëreas narium et laryngis ac asperae arteriae vias, inuestientes.

Ab his vero non multum alienus videtur mucus internum oculum obducens; ut et qui epidermidi subiectus est.

Adiposi sunt praeter ipsum vulgarem adipem in primis ossium medulla et cutaneum smegma.

Affine quoque huic videtur vnguentum, tam ad glandis virilis coronam sub preputio quam in femineo genitali externo secretum.

Tum et illud quo glandulae sic dictae Meibomii palpebras illinunt.

Gelatinosi vulgo dicuntur amnii liquor et articulare vnguen. Sed de horum indeole nondum liquido constat; non magis ac de ambiguo eo humore anonymo quem uterus venereo oestro correptus fundit.

Verum

Verum et istius liquoris natura dubiis adhuc premitur, qui primis post conceptum mensibus chorion et amnion intercedit; et qui vmbilicali tenerrimi embryonis vesicula continetur; et qui ipsius vmbilicalis funis terna vasa sanguifera interiacet.

Vere *serofus* s. albuminosus videtur latex Graafianis ouarii muliebris vesiculis inhaerens; et prostatae liquor.

Virile semen sui generis humor appetet cui nullum alium aequiparare licet.

Idemque de *bile* dicendum erit.

§. 468.

Tantam vero humorum secretorum varietatem non uno quoque modo neque eiusdem generis organis ex sanguinis massa secerni, per se facile intelligitur. Et intercedit eos vel exinde memorabilis varietas, quod alii breuiore via, alii per longas demum ambages detrahantur et ultius praeparentur.

§. 469.

§. 469.

Simplicissimus quidem istorum secretionis modorum ille dicendus est, quo per diapedesin ut vocant humor secernendus arteriarum tunicas transfundare saltem videtur; quale quid de adipis &c. et medullae ossium secrezione statuitur; a quo forte non multum abhorret alter quo in viscera membranacea gastricus liquor, entericus &c. effunditur.

§. 470.

Magis vero compositus videtur ille secretionis mechanismus, qui *glandularum* ope perficitur, quo quidem etiam vulgo folliculos et cryptas referunt, quales v.c. in faucibus facile sunt conspicienda: et quas glandularum *simplicissimarum* nomine insignire solent.

Proprie tamen feceruentium glandularum nomen merentur, quas (vt a lymphaticis congregatis distinguuntur) *conglomeratas* vocant, quo saliuales, et pancreas,
et

et lacrulares, et mammae pertinent: quae quidem excretorio ductu prouisi e maioribus primo lobis, hi vero iterata diuisione e minoribus lobulis compositae sunt, de quarum vero interiore structura acriter quondam in medicorum scholis disputatum est. *Malpighius* †) quidem miliares globulos, qui facili encheiresi in plerisque eorum demonstrantur, pro acinis ut vocabat, crypta interius excauatis habebat. *Ruyfchius* e contrario putatios illos acinos excauatos nil esse aliud contendebat quam glomerulos vasculorum sanguiferorum, quam quidem sententiam longe magis naturae consentaneam esse felicior administratio anatomica, subtilior praesertim injectio et armatus oculus docent,

§. 471.

Neque ab hac structura, si a parenchymate discesseris proprio, multum abhorre.

†) Libellis passim citatis, tum et diff. *de glandulis consglobatis* Lond. 1689. 4.

Sed maxime cf. EJ. *opera postuma* ib. 1697. fol. et alias edita.

rere, imo vero eidem multum lucis imper-
tire videtur, ea viscerum quorundam se-
cernentium, hepatis maxime et renum,
quorum sane postremi luculentissime eius-
modi Ruyfchianos glomerulos, seu
acinos Malpighianos exhibent. In
horum enim cortice a capillarium arteriola-
rum lateribus emergunt ramuli, qui in
glomerulos abeunt vasculosos, granulorum
ad instar ab iis ramulis tanquam a petio-
lis pendentes; et ex his quidem arterio-
sis glomerulis vasa primo oriuntur subti-
lissima decolora secernentia (quorum ex
arteriarum finibus originis supra iam obi-
ter mentionem iniecimus § 79. 81.); tum
vero et radiculae venarum, in quas ipfae
arteriolae reflectuntur, et quae reliquum
sanguinem, secreto interim latice orbum,
in truncos venosos reuehunt †).

§. 472.

†) cl. SCHVMLANSKY *de structura renum.* Argent. 1782.
4. tab. II.

§. 472.

Denique vero et aliis quibusdam carnibus secernentibus alius iterum et plane peculiaris est organismus, vt v.c. testibus qui toti quanti ex praelongorum et numerosorum vasorum implicationibus arcte convoluti sunt & s.p.

§. 473.

Iam vero ad caussarum indaginem accedimus, quarum virtute id ipsum obtinetur vt statuti isti humores statutis hisce in organis secernantur: quae quidem totius de secretione doctrinae longe difficillima est disquisitio, quamplurimis adhuc scrupulis obnoxia.

§. 474.

Id quidem extra dubitationis aleam positum videtur, principem et quasi proximam plerarumque secretionum causam in organorum secernentium intimiore fabrica quaerendam esse, quo quidem in glandulis conglomeratis et visceribus secernentibus

cernentibus maxime pertinet, tam peculiariis extremorum vasculorum sanguiferorum, ex quibus humores secernuntur, directio et distributio; quam *parenchyma* cuius visceri secernenti adeo proprium ut in multis, primo statim intuitu agnosci et ab aliis carnibus distingui possit (§ 27).

§. 475.

Tum vero et verosimile videtur, de quo passim iam haud inficianda argumenta exhibuimus, esse visceribus secernentibus vti *parenchyma* peculiare ita et *vitam propria*, vis nempe vitalis singularis species, a communibus eiusmodi virium generibus, contractilitate, irritabilitate et sensilitate distinguenda.

§. 476.

Porro autem si quid recte video et absorbenti systemati summae ad sustinendas secretiones partes esse videntur; quod ex omnibus ac singulis visceribus secernentibus eiusmodi laticem forbeant et ad sanguinem reuehant, qui iam peculiari

istius humoris qui illibi separatur contagio quasi imbutus est; biliosum v. c. ex hepate, spermaticum e testibus &c.

Perpetuus ita in secretionis systemate circulus vigere videtur, ita ut sanguinis massae continuo elementa quasi humorum secernendorum ex ipsis organis secernentibus aduehantur, quae postmodum quando denuo cum sanguinis fluente ad ea organa redeunt, ex affinitatis quadam lege eo faciliter iterum attrahuntur, et sanguinis partes sibi maxime homogeneas secum rapiunt.

§. 477.

Quibusdam etiam humoribus secernendis ipsa sanguinis ex quo proxime secernuntur, specifica indole prouisum est: quale quid ad bilem vidimus ex venae portarum sanguine abstractam, cuius venae sanguis ab ipsis suis fontibus unde confluit phlegisto est grauidissimus.

§. 478.

§. 478.

Taceo alia adminicula, quae singulares quasdam secretiones iuuant, congestiōnem v. c. et deriuationem, in lactis secretionē adeo luculentam, et quae sunt eius generis alia.

§. 479.

Ipsos vero humores organis quae diximus, et viribus modo recensitis secretos, ea posthac porro intercedit differentia, quod alii ex ipsis organis secernentibus proxime statim in ipsum cui destinatae sunt et in quo functiones suas exercebunt locum destillent, alii vero prius ad singularia receptacula abeant, in quibus aliquamdiu afferuentur, vltieriusque quasi maturescant, antequam excernantur, quo lac in ductibus suis, tum vrina et bilis et virile semen in vesicis suis, quodammodo etiam serum Graafianis ouario-rum vesiculis contentum, referenda sunt.

SECTIO XXXVIII.

DE

V R I N A.

§. 480.

Sanguini praeter nutritios succos, et humores secretos inquilinos (§ 4), inertes etiam et superflui latices excrementitii detrahuntur (excrementa vulgo secundae coctionis dicta), iidemque duplicis ordinis: alterum nempe quod perspirando exhalatur, de quo alias diximus: alterum, lotium scil. quod in renibus decolatur.

§. 481.

Sunt autem renes †) bina viscera vtrinque ad supremam lumborum regionem retro peritonaeum posita; paulo complanata; figura tamen aequa ac numero frequentius quam ullum aliud corporis humani

†) v. cl. SCHIVMLANSKY l. c.

mani viscus varietatibus ludentia †); a vasis pendentia vulgo sic dictis emulgentibus *) [pro partium quas adeunt portione insigni gaudentibus magnitudine]; et sebaceo quasi adipe (§ 38) suffulta.

§. 482.

Cinguntur membrana propria, eleganter vasculosa; et quodus eorum, maxime in corpore infantili ex octonis circ. aut paulo pluribus runculis compositum videtur, quorum quemque iterum septingentis ad octingentas radiis carnosis constare asserebat Ferreinius, quos pyramides appellabat albidas.

§. 483.

Ren vero a conuexo dorso versus concavam peluim dissectus seu disceptus
A a 4 duplarem

†) v. GER. BLASHI *renum monstrosum exempla ad calcem BELLINI de struatura et usu renum edit.* Amstel. 1665. 12.

*) EUSTACHII tabulae I-V. quae quidem ad classican EJ de renibus tractationem pertinent: c. rel. summi viri opusc. *anatomicis* Venet. 1564. 4. editam. it. tab. XII.

duplicem exhibet substantiam; alteram periphericam quam *corticem* vocant, interiorem alteram quae *medullae* nomine venit.

Vtraque arteriis venisque scatet sanguiferis; cortex vero praeterea vasibus subtilissimis decoloribus †) lotum *secernentibus*; medulla idem *efferentibus*.

Secretorii isti ductus ratione supra descripta (§ 471) ex arteriolis oriuntur in glomerulos conuolutis qui renis cortici inhaerent; et quidem ipsi longe maximam corticis renalis substantiam constituunt, et singulari suo anfractuoso decursu facile ab efferentibus s. Bellinianis tubulis distinguuntur, in quos quidem abeunt, qui vero recta recurrentes via e corticali ista in medullarem substantiam progrediuntur,
cuius

†) Duāns hīce secernentes FERRE IN IO imposuisse videatur ut eos pro nouo plane vasculorum genere haberet, quae vasa neuro-lymphatica s. tubulos albos vocabat, quibus in vniuersum viscerum parenchyma conflatum putabat, et quae tantae tenuitatis esse asserebat, ut longitudine eorum quae singulo adulti hominis reni inessent, 1000 orgyiarum, seu 5 leucarum stadium aequaret.

cuius maximam partem efficiunt, et postquam iterato confluxu in pauciores trunculos coaluerunt, denique ostiis suis *papillas*, renali pelui contentas, cribri in modum perforant †).

§. 484.

Papillae hae numero plerumque respondent loborum, e quibus singulum renem conflatum esse diximus, et lotium in corticis vasis decoloribus secretum, ac per medullae tubulos Bellinianos ulterius deriuatum primo in *infundibula* sua effundunt, quae postmodum in communem *peluim* confluunt.

§. 485.

Peluis vero in *ureteres* continuatur, membranaceos canales, maxime sensiles, muco interius illitos, valde dilatabiles, in homine plerumque hinc illinc inaequalis amplitudinis ‡‡), posticae denique et inferiori vesicae vrinariae faciei ita in-

Aa 5 fertos,

†) EUSTACHII tab. XI. fig. 10.

‡‡) v. NUCK *adenographia* fig. 32. 34. 35.

fertos, vt non statim eius parietes perforarent, sed adhuc inter membranam eius musculofam et nerueam (quae illibi majori quoque crassitie gaudent) altius paulo descendant, tumque demum in ipsum eius cauum obliquo ostio hient; qua quidem fabrica maxime cautum est, ne vrina quae per vreteres in vesicam destillauit exinde iterum in eos repelli possit.

§. 486.

Ipsa autem lotii *vesica* †) in adulto homine plerumque duarum circ. librarum vrinae capax est; fundus eius qui in foetu in vrachum abit, tum et postica facies peritonaeo tegitur, quod ad reliquas autem sui membranas in vniuersum cum iis quas ad ventriculum diximus, conuenit.

Musculosa quidem taeniis constat interruptis fibrarum carnearum, varia subinde decussata directione (in aliis aliter se habente) vesicam cingentibus *); detrusorem vrinae

†) DUVERNEY *oeuvr. anatom.* Vol. II. tab. I-IV.

*) SANTORINI tab. posth. XV.

vrinae vulgo vocant, orbiculares vero fibras ceruicem vesicae inique cingentes inconstantis etiam tam originis quam figurae, sphincterem appellant.

Neruea et huic membranoso visceri primarium suum robur impertit.

Intima denique, quam epidermide continuam dicunt, maxime ad ceruicem muco est sublita.

§. 487.

Praeter vias autem quas diximus lotii publicas, alias adhuc esse clandestinas statim ex intestinis ad organa vropoietica tendentes, non uno argumento verisimile reddi videtur. Celer enim potulentorum per vesicam abitus et quod tum odore tum colore specificam ingestorum qualitatem subinde prae se ferat, vix credere sinunt, eadem tam longam interea per chyli ductum et sanguineum sistema viam absolvisse; quid quod et assertum legimus innataesse lotio oleum paulo antea cum clysmate recto intestino infusum. Et notae sunt

funt ab altera parte insignes et copioſae anaſtomofes, quae lymphatica intestinorum et renum vasa intercedunt. Denique vero et viuifectione euictum eſt ligatis vtrinque canis vreteribus et euacuata eius vesica, nihilominus tamen trihorio poſt iterum vrinam ipſi inhaefiſſe praeluſa interim ſolita per vreteres via, vtpote quaē ſupra ligaturam lotio valde diſtenta reperita ſunt †).

§. 488.

Per quascunque autem vias lotium in vesicam delatum fuerit, copia ſenſim molefum fit, et vrgens (§ 330), vt de excretione moneat, cui denique *vrethra* tanquam emissarium eſt destinata, pro ſexu varietate diuerſimode ſe habens, cuius ideo ulteriore mentionem ad ſexualium functionum enarrationem diſferramus.

§. 489.

Euacuatur autem vesica ſuperata sphincteris conſtrictione tum proprii quem di-
ximus

†) philos. Transact. No. 67.

ximus detrusoris ope (§ 486), tum abdominalis preli et respirationis adminiculo; quibus denique in viris accedit acceleratum actio, vel guttas lotii in ipso vrethrae bulbo residet adhuc eiaculantium.

§. 490.

Quod vero ipsius *urinae* indolem attinet, infinitis quidem modis ea ludit ^{†)} respectu aetatis, item tempestatis, maxime etiam temporis brevioris aut longioris quo post pastum et potum praegressum mittitur, tum et qualitatis ingestorum &c.: in vniuersum tamen si lotium species adulti sani hominis, post somnum quietum recentissime missum, aquosus est latex odoris nidorosi, coloris citrini, cuius copiosissimae aquae tanquam communi vehiculo varia, et proportione in aliis aliter se habentia, insunt elementa: terrena praesertim et salina. In illis eminet plerumque

^{†)} v. cl. HALLÉ *sur les phénomènes et les variations que présente l'Urine considérée dans l'état de santé.* in *Mém. de la Soc. de Médec.* Vol. III. p. 469 sq.

rumque calcarea terra, quae et calculis viarum vrinae, sed diuersissima et inconstanti plane quantitate inhaeret †). Ex falibus autem memoratu dignissimum est quod essentiale et natuum vrinae ‡), s. microcosmicum, s. fusibile, perlatum &c. vocant, quodque maiori quam aliae corporis partes portione celebre acidum phosphoreum *) continet alcali volatili nuptum.

†) cf. cl. PICKEL experimenta ap. Jo. JAC. HARTEN-KEIL *de vesicae vrinariae calculo* Wirceb. 1785. 4.
pag. 27.

‡) cf. post alios Jo. ALB. SCHLOSSER *de sale vrinae humanae nativo* LB. 1758. 4.

Jos. WENC. TICHY *de arenulis in latio adparentibus ut infallibili, salutaris morborum euentus, signo prognostico.* Prag. 1774. 8. p. 59 sq.

*) vid. cl. BERTHOLET in *Mém. de l'ac des sc. de Par.*
a. 1780. p. 10 sq.

cl. TH. LAUTH (praef. SPIELMANN) *de analysi vrinae et acido phosphoreo* Arg. 1781. 4.

SECTIO XXXIX.
DE
SEXVVM DISCRIMINE
IN VNIVERSVM.

§. 491.

Quotquot hactenus enarrando absoluimus corporis humani functiones in vniuersum quidem utriusque sexui communes sunt: ita tamen ut modum quo nonnullae eorum peraguntur haud exigua in diuerso sexu intercedat differentia †), cuius posteriora momenta antequam ad functiones sexuales proprie sic dictas progredimur, paucis recensenda sunt.

§. 492.

Et in genere quidem cuius sexui proprius suus est et ab altero discrepans *habitus*:

†) F. THIERRY E. *praeter genitalia sexus inter se discrepant.* Paris. 1750. 4.

bitus: in homine nato luculenter obseruabilis: in foetibus vero tenerioribus primo saltem intuitu vix dignoscendus, utpote quibus neque ipsa genitalia externa si obiter saltim inspecta fuerint differre videntur, cum femineo embryoni clitoris proportione vaegrandis †) et prominens, masculo vero scrotum adhuc vix ullum sit *).

§. 493.

Sed et infantili aetate illud vniuersi habitus pro sexus varietate discriminem parum adhuc in sensus incurrit; sensim vero sensimque magis obseruabile fit adolescētiae

†) LANGGVTH *embryo* $3\frac{1}{2}$ mensium qua faciem externam
Viteb. 1751. 4.

JAC. PARSONS in *philos. Transact.* Vol. XLVII. p. 143.

*) Id quod nuper adhuc confirmatum vidi gemellis mihi allatis abortiuis diuersi sexus 16 circ. hebdomadum, qui etsi ineffabili elegancia conspicui et ad amutum pro sua aetate tenella perfectissime efformati sint, genitalium tamen differentiam non nisi curatiore indagine obseruabilem praeseferunt; quod ad reliqua autem, vniuersam sc. figuram, physiognomiam, lumborum mensuram &c. &c. ut ouum ouo sibi simillimi sunt.

tiae annis, vbi vniuersi feminei corporis conformatio et teneritudo ac mollities, minorque statura ceteris paribus cum virili toroso et lacertofo corpore comparata eandem differentiam luculentissime demonstrat †).

§. 494.

Similis vero isti quae externum corporis habitum in utroque sexu intercedit discrepantia et in ipsis ossibus obseruatur, utpote quae in feminis ceteris paribus longe laeviora et rotundiora esse constat, cylindrica praesertim graciliora quam in viris, plana autem tenuiora; ut singulatum ossium diuersitates taceam, thoracis praesertim et pelvis, tum et clavicularum, femorum &c. *).

§. 495.

†) cf. celebres virilis feminineque corporis binas figuræ, procul dubio ab ipso TITIANO, pictore summo profectus, in VESALII epitome suor. libror. de c. b. anatomie Basil. 1542. fol.

* Curatius eas per singulas sceleti partes enarravit opere osteologico pag. 81 sq.

§. 495.

Quod molles vero corporis partes attinget, in vniuersum feminis cellulosa laxior, magis obsequiofa, vt in grauiditate facilius dilatetur; cutis vero tenerior et a substrato adipe nitidius candida.

Capillamentum quidem plerumque longius, aliae autem corporis partes, quae in viris pilosae sunt, feminis aut plane glabrae, vt mentum et pectus; aut minus hirtae, vt perinaeum; aut pube faltem tenella et mollissima tectae, vt brachia et crura.

§. 496.

Inter singularium autem functionum diuersitatem memorandus venit pulsus, feminis (ceteris paribus) frequentior (§ 109), thorax superiore praesertim parte mobilior. Item os hyoideum longe minus, et larynx arctior, hincque vox minus grauis.

§. 497.

Quod ad animales vero functiones, in vniuersum feminis est systematis nervosi longe

longe maior mobilitas: et irritabilitas exquisitior; ad animi quoque commotiones facilior propensio.

§. 498.

Respectu denique naturalium functionum in eo sexu obseruatur minor cibi appetentia; incrementum vero corporis celerius, ac termini pubertatis et adolescentis staturalae praecociores.

§. 499.

Sed longe maxima et princeps sexuum differentia ipsas concernit genitales functiones, quibus viro fecundandi, feminae vero concipiendi facultas competit; quarumque vltior indago iam adhuc exponna nenda restat.

SECTIO XL.
DE
FUNCTIONE GENITALI
SEXVS VIRILIS.

§. 500.

Genitalis viri liquor testium biga paratur in scroto a *funiculis suis spermaticis* pendentium, qui praeter lymphaticas, quibus abundant venas, triplicis maxime ordinis constant vasis.

Arteria nempe spermatica quae pro portione exilis diametri omnium corporis arteriarum longissima dicitur, et sanguinem plerumque proxime ex ipsa aorta abdominali ad testem vehit:

tum *duo duos deferentes*, qui semen ex isto arterioso sanguine secretum ad vesiculos fert feminales:

denique

denique *venarum* plexu vulgo sic dicto *pampiniformi*, qui reliquum sanguinem excipit et cauae aut renali tradit.

§. 501.

At enim vero non ab omni inde tempore testes ita in scroto suspensi haerent: sed in foetu masculo immaturore longe alio situ dispositi sunt, cuius quidem situs ratio et succeſſuæ mutationes ab Hallero primum a. 1749 Goettingae curatius indagatae †), diuersimode autem postmodum explicatae et quod ad varia momenta controuerſae sunt; quarum vero succinctam notitiam vnicē ad ipsam naturam dare liceat, quam in memorabili embryonum masculorum eo fine a me difectorum serie, ad manus habeo.

§. 502.

Aperto igitur infimo ventre foetus immaturioris visitur in utroque inguine ad

B b 3 annu-

†) HALLERI progr. *de berniis congenitis recus. in EJ. opusc. patholog. p. 311 sq. Vol. III. operum minor.*

annulum sic dictum muscularum obliquorum, perangustum in ipso peritonaeo ostiolum (- *Tab. III. fig. 1. e. et fig. 2. -*) ad meatum aliquem et quasi angiportum deorsum ducens, qui ipsum eum annulum perforat, et dehinc in peculiarem bulbosum facculum (- *fig. 1. d. -*) abit, extra abdominale cauum porrectum, scrotum spectantem, fibris cellulosis intertextum, et recipiendo posthac testi destinatum.

§. 503.

Porro autem ad ipsissimum posticum istius ostioli abdominalis marginem alius oritur processus peritonaei, sed qui sursum vergit, et in tenello foetu (- *fig. 2. -*) maximam quidem partem non nisi plicam refert longitudinem, ex cuius vero basi exiguis cylinder seu potius inuersus conus surgit, qui denique suprema sui parte quarenis inferiorem marginem spectat, in bullam terminatur, cui ipse inhaeret testis cum epididymide (- *fig. 1. a. et fig. 2. -*) ita ut hic primo intuitu bacculam quasi mentiatur,

mentiatur, petiolo suo insidentem, et fere
ut hepar aut lien libere in abdominale
cauum dependere videatur (§ 404).

§. 504.

Quae vero postmodum constituent funiculum spermaticum vasa, retro tenerimum ea aetatula et quasi pellucidum peritonaeum decurrentia visuntur, ita ut arteria et vena spermatica (-fig. 1.b.f.-) ad spinae latera descendantia, vas deferens vero (-c.g.-) introrsum versus vesicæ urinariae (-h-) ceruicem tendens in laxa cellulosa, quae retro peritonaeum posita est, decurrant, et in ea quam diximus peritonaei plica ipsi testi insinuentur.

§. 505.

Iam vero inde a medio circ. grauiditatis testes sensim sensimque deorsum aguntur, ita ut proprius propiusque ad perangustum quod diximus peritonaei ostium accedant, simulque plica ista peritonaei cum cylindro suo complicetur, donec

Bb 4 denique

denique testis ipsi angiportus ostio proxime incumbat.

§. 506.

Quando nunc iam maturiore in foetu ad descensum paratus est testis, arctum hactenus ostiolum adeo dilatatur, ut ille id ipsum aequa ac annulum, quo cingitur abdominalem et vniuersum angiportum transire et se quasi praecipitem in bulbum quem diximus facculum dare possit; quo facto peritonaei illud ostium mox artissime clauditur, imo vero breui coalescit plane, ut vix vestigium eius in infantili aetate adhuc superesse soleat.

§. 507.

Quo lentior vero testis adhuc in abdominali cauo haerentis versus ostium illud progressus erat, eo celerior et quasi momentaneus videtur ipse eius per angiportum transitus. Vulgatum enim est dissectis foetibus maturis aut incumbentem adhuc ostio peritonaei testem; aut superato annulo

annulo eundem in inguine iam haerentem videre: nonnisi semel vero mihi contigit esse tam felici ut in foetus gemelli cauo abdominali, cuius ideo iconem exhibeo †), dextrum testem eo ipso momento deprehenderem, quo medio angiportu arctissime inhaerens et quasi ab eo strangulatus (-fig. 1. a -) in procinctu fuisse videbatur, ut ex abdomine in sacculum illabetur; id quod sinistro testi iam contigerat, vtpote qui iam ex angiporto emersus, et ostium huius abdominale iam arcte clausum erat (- e -).

§. 508.

Nullo quidem statuto tempore adstrictus est memorabilis hicce testium ex abdome per inguen transitus: plerumque

B b 5 tamen

†) cf. cum hac iconae aliae hactenus editae, viz.
 cl. Jo. HUNTERI in fratri GUIL. *medical commentaries*,
 cl. CAMPERI in *Verhandelingen van het Matschappye v. Haarlem* VII D. 1 St.
 cl. GIRARDI in appendice ad *tab. postb.* SANTORINI.
 et cl. VICQ D'AZYR in *Méni. de l'ac. des sc. de Par.*
 a. 1780.

tamen circ. in vltimum grauiditatis mensem incidere videtur: quanquam neque rarissime in neonatis adhuc siue in ipso abdominali cauo, siue in supremo inguine haerentes inueniantur. Nam in vniuersum etiam nouum adhuc testi ex abdome iam emersi emetiendum est itineris stadium, vt ex inguine cum ipso suo cui iam inhaeret facculo vterius in scrotum penetret.

§. 509.

Hunc quem haec tenus descripsimus esse vere testium ex abdome in scrotum descendentium progressuum motum, toties repetita obseruatione certo constat. Iam vero *cauffas* et *vires* eruere, quibus mirandum illud iter debetur, perdifficile videtur. Indies enim magis magisque persuadeor, neutram earum virium, quibus hucusque tribui solebat is descensus, (cremasteris v. c. actio, aut diaphragmatis, aut sola contracilitas cellulofae tendinosis fibris intertextae, quae istic peritonaei processibus inhaeret

inhaeret et *gubernaculi* Hunteriani nomine venire solet &c.) ad explicandum tam singularem motum praesertim quod ipsum illapsum testis per angiportum toties dictum attinet, sufficere: praebere vero e contrario vniuersum hocce negotium, si quod aliud, luculentissimum vitae propriae exemplum, vtpote sine cuius peculiari quodam adminiculo tam memorabile et in suo genere vnicum iter cui nulla alia in vniuersa animali oeconomia functio comparanda venit, vix animo comprehendendi poterit.

§. 510.

Inuoluera vero quibus absoluto eo itinere testes continentur, commode in *utrique commune* et in *cuius propria* distinguuntur.

Illud *scrotum* est, tenui constans cute, cui parcus substratus est adeps, quoque id prae reliquis integumentis communibus priuum habet, vt habitum mirum in modum mutet, subinde nempe laxum et flacci-

flaccidum dependeat, subinde vero (et quidem maxime sub oestro venereo, aut frigoris accessu &c.) constrictum quasi rigescat, tuncque singulariter rugis et sulcis distinctum sit.

§. 511.

Inter ea vero testium inuolucra, quae cuius propria sunt, statim ipsi scroto subiecta est *tunica dartos*, peculiari et viuida praedita contractilitate, qua egregii viri Winslovius, Hallerus &c. seduci se passi sunt, ut eidem indolem et vim musculosam male tribuerent.

§. 512.

Excipiunt hanc (post copiosam et mollem cellulosam) triplicis ordinis *tunicae vaginalis* a desideratissimo Neubauero curatiis distinctae et indagatae †).

Exterior nempe quae testi et funiculo spermatico *communis* est, et cui *cremaster* musculus disiunctis fasciculis adnascitur.

Interiores

†) NEUBAUER *de tunicis vaginalibus testis et funiculi spermatici*. Gieff. 1767. 4.

Interiores autem *propriae* tam funiculi spermatici quam ipsius testis, quarum posterior fundo suo tunicae isti communiplerumque adhaeret, intus vero latice lubricante (fere ut pericardium) irroratur.

§. 513.

Origo autem harum tunicarum vaginalium tam diuersimode disputata, ni fallo ex iis quae de testium descensus ratione exposui, haud difficulter explicanda videtur.

Communis nempe a bulloso facculo seu processu peritonaei descendente (§ 502) ortum dicit.

Propria testis vero ab ea peritonaei propagine quae a cylindro (§ 503) sursum vergens a primis inde initiis testem investit.

Quae denique *funiculo propria* est, aplica quam diximus peritonaei et breui cylindro in quem abit antequam ipsum testem amplectatur.

§. 514.

§. 514.

Ipsi vero testi †) corticis in modum
arctissime adnata est tunica albuginea, ex
qua sanguifera vasa in pulpam testis trans-
eunt ‡), quae tota quanta ex innumeris
vasis, spithameae circ. longitudinis, in
glomeratos lobulos conuolutis, constat,
tam sanguiferis quam fecernentibus *),
quorum postremi semen secretum per rete
vasculosum Halleri **) et vasa efferen-
tia Graafiana ***) in apices condorum
epididymidis deuehunt.

§. 515.

†) cl. AL. MONRO fil. *de testibus et de semine in variis animalibus* Edinb. 1755. 8.

‡) B. S. ALBINI *annotat. acad.* L. II. tab. VII. fig. 1. 2. 3.

*) Contigit haud ita pridem cl. SOEMMERRINGIO tam
vniuersa quae testem constituant vasa, quam
integrum caput epididymidis argento viuo feli-
cissime replendi. cf. EJ. über die körperl. Versch.
des Negers vom Europäer p. 38.

**) HALLER *de viis seminis in philos. Transact.* N°. 494.
fig. 1. g. g.

***) DE GRAAF *de viror. generationi; infernientibus* tab.
IV. fig. 1. 2.

Unable to display this page

§. 517.

Ipsae denique *vesiculae seminales*, quae posticae et inferiori cystidis vrinariae faciei adsident, copioso adipe circumfusae, in vniuersum intestinula duo referunt, diuersimode flexuosa et numerosis coecis appendiculis ramosa †).

Tunicis constant duabus, fere eiusmodi quales ad biliarem vesiculam diximus: altera nempe robustiore ex earum genere quae vulgo nerueae vocantur: altera teneriore interna, cellulis et scrobiculis scatente, et passim iugis eminentibus (similibus iis quae in eiusdem vesicae felleae ceruice cernuntur) tanquam in loculos diuisa.

§. 518.

Et his quidem hactenus dictis viis inde a pubescentis adolescentiae annis lente et parca quantitate secernitur et continetur *semen*, singularis plane et summae

†) v. icones GRAAFII, HALLERI, ALBINI et cl. MONROI fil. II. cc.

mae dignitatis liquor, coloris ex lacteo subflauescens, odoris prorsus peculiaris, mucosae viscositatis, et insignis ponderis specifici, vtpote quo reliquos humores secretos ad unum omnes excedere videtur.

§. 519.

Illud praeterea sibi priuum habet, quod (obseruante primo a. 1677 Lud. Ham *) Dantiscoano) infinita animatus sit multitudo animalculorum microscopicorum ex eorum ordine quae infusoria dicuntur: quibusque in variis animantium generibus multifaria quoque est figura. Homini quidem [vt asino †)] *animalcula spermatica* sunt oualia, tenuissime caudata: non autem nisi in fano et prolifico femine reperiri dicuntur, ita vt quodammodo criterion aduentitium fecundae eius maturitatis

*) v. FR. SCHRADER *de microscopior. usu in nat. sc. et anatome* Goetting. 1681. 8. p. 34.

†) cf. W. FR. v. GLEICHEN *über die Saamen- u. Infusionsthierchen* Norimb. 1778. 4. tab. I. fig. 1. col. lata c. tab. IV. fig. 1.

tatis constituere videantur: aduentitium inquam, cum ceteroquin nihilum plane ipsis inesse principii ipsius fecundantis, multoque minus ea pro futurorum homunculorum germinibus habenda esse, post tot grauissima argumenta et obseruata †), hodienum vix adhuc monitu opus esse, speramus.

§. 520.

Genitale hocce liquidum vesiculis quas diximus sensim collectum ad futuram vsque excretionem retinetur, eaque stagnatione similes fere mutationes patitur quales bili in cystide sua detentae contingere vidimus, vt nempe aquoso latice ipsi detracto magis magisque inspissetur quasi et concentretur.

§. 521.

Vti enim vniuersi testes cum funibus, a quibus dependent, mira scatent multitudo

†) cf. praesertim cl. SPALLANZANI tam in *opuscoli di fisica animale e vegetabile* Mutin. 1776. 8. Vol. II. quam in *Dissertationi &c.* ib. 1780. 8. Vol. II.

tudine venarum lymphaticarum, quae
exin spermatico contagio infectum lati-
cem ad sanguinem reuehant, et sic ulte-
riorem feminis secretionem ea quam alias
exposuimus ratione (§ 476) iuuent et fa-
cilitent: ita et ipsis seminalibus vesiculis
eiusdem ordinis vasis prouisum est, quae
inertiorem resorbendo aquulam, reliquum
femen eo efficacius reddunt.

§. 522.

De eo vero valde dubito, an et un-
quam in homine fano genuinum semen
ex vesiculis resorbeatur: — magis adhuc
de eo quod aliquando assertum est, re-
vehi idem proxime in vicinas venas san-
guiferas: — omnium maxime vero de eo,
quod eiusmodi feminis resorbitione (si qua
daretur) intempestiuis ad venerem stimu-
lis cautum esse possit, cum eandem, (si
phaenomena spectamus animalium quae
statutis anni temporibus in venerem
ruunt, comparando ea cum castratarum
constitutione) potius caussam effrenatae et

fere rabidae libidinis esse, luculenter pateat.

§. 523.

Longe aliam potius eo fine homini (et quidem quantum hactenus noui nulli praeter eum alii animanti) concessam esse praerogatiuam probabile videtur, *pollutionum nocturnarum*, quas eatenus ad naturales viri excretiones referto, vt iisdem rarius frequentiusue pro temperamenti nempe et constitutionis varietate a molesto et alias vrgente superfluo semine liberetur.

§. 524.

Ipsum vero semen nunquam sincerum excernitur, sed *prostatae liquore* mixtum, qui, quod externum eius habitum attinet, ouorum albumini valde similis apparet, nomenque a fonte suo habet, corpore nempe insignis magnitudinis et singularis plane valde compacti parenchymatis, quod semifinales vesiculas et vrethrae bulbum interiacet, et vulgo *glandulae prostatae* nomine insigniri solet. Viae huius liquoris nondum

nondum fatis notae sunt, nisi forte cum sinu carunculae seminalis communicant, cuius orificium medium inter binos vesicularum seminalium poros (§ 516) in vrethrae tubum hiat †).

§. 525.

Est autem virilis *vrethra* commune emissarium ternis diuersi ordinis humoribus destinatum: lotio scil., geniturae, et liquori prostatae. Muco sublinitur ex numerosis sinibus passim per eius canalem dispersis ††), oriundo. Cingitur autem spongiofo contextu, cui alia duo, sed longe crassiora eiusmodi *spongiosa corpora* *) incumbunt, quae maximam virilis membra partem constituunt; quod anterius *glande* terminatum, in vniuersum quidem tenera et adipis experite et obsequiosa cute tegi-

Cc 3 tur,

†) MORGAGNI aduersar. anat. IV. fig. 1. 2.

††) Jo. IADMIRAL effigies penis humani LB. 1741. 4.

*) RUY SCH obsernat. anat. chirurg. Centur. pag. 99.
fig. 75 - 82.

EJ. ep. problemat. fig. 2. 4. 6. 7.

tur, quae vero inde a corona balani praeputium format, et plane libera super glande fere ut palpebrae super oculi bulbo mobilis est. Interior vero praeputii duplicatura super ipsam glandem (quasi ut albuginea oculi) mutato habitu reflectitur, et ad coronam copiosis glandulis Littrianis †) [quodammodo Meibomianis palpebrarum comparandis] singulare smegma fundentibus, obsita est ††).

§. 526.

†) MORGAGNI *adversari. anat.* I. tab. IV. fig. 4. i. k.

††) Smegina hoc in iuuenibus, praesertim quando aestu perfusi incalescunt, facile congeri et in caseosum quasi coagulum abire, quod acrimonia sua irritet &c. vulgo notum est. Maxime vero huic incommodo obnoxii sunt calidarum regionum incolae, et princeps ideo *circumcisionis* usus in eo consistere videtur, vt importunae eiusmodi congectioni praecaueatur. Hinc et sub torrido Sengambiae coelo christianos subinde praeputium sibi rescindi curare nouimus, et Europaeos contra non circumcisos in oriente degentes molestiis istis frequentissime infestari. Pridem ideo chirurgiae sui aeui celeber restaurator, GUIDO DE CAULIACO, (qui sec. XIV medio cl.) circumcisio-

nem

§. 526.

Ita autem constructo virili membro
erectionis contigit facultas, ut nempe ve-
hementer aucta et accelerata sanguinis in-
corpora cauernosa impetuosa congestione
et effusione (nam haec nisi vnica saltem
prima et princeps *erectionis* causa efficiens
esse videtur) turgeat et obrigescat, situm-
que mutet, postea vero resorbto iterum
superfluo sanguine denuo detumescat et
collabatur.

§. 527.

Flaccidum ita membrum vbi a vesicae
ceruice oritur singulariter anfractuose fle-
ctitur †), isque ad lotii sinceri excretio-
nem aptissimus, ad geniturae vero emissio-

C c 4 nem

nem et aliis praeter Judaeos et Saracenos multis
esse utilem dixit — : „propterea quod non
congregantur sordities in radice ba-
iani et calefacerent ipsum., Chirurgiae
Tr. VI. doctr. II. p. m. III.

+) v. cl. CAMPERI *demonstration. anat. pathologic.* I., II.
tab. III. fig. 1.

nem plane ineptus status est †), vtpote quod tunc vrethrae principium cum vesicularum seminalium ostiolis in acutiores coëat angulum.

§. 528.

Intumescente autem sensim pene, primo prostaticus effluere solet liquor, qui saepe sincerus, vix vero vnquam iunctim cum lotio excernitur; cuius autem primarius finis est, vt iunctim cum ipso semine eubretur; situe vt albuminosa sua lubricitate tenaci eius inertiae subueniat et eiaculationem promoueat, situe vt ad ipsum generationis negotium partes aliquas conferre censendus sit.

§. 529.

Ipsa vero ea seminis emissio extitatur tam copia eius in receptaculis suis vrgente, quam sexuali instinctu: perficitur autem summa primo tentigine qua vrinae via
prae-

†) GYSB. BEUDT *de fabrica et usu viscerum propoietorum* LB. 1744. 4. — recus. in HALLERI collect. disput. anat. T. III. tab. III.

praeccluditur, geniturae e contrario sternitur quasi; tum vero spastica quadam vesicularum seminalium contractione, leuatoris ani et vrinae acceleratorum conuulsione, et vniuersi systematis neruosi breui et leniori, attamen quasi epileptica et vires deprimente, succussione.

SECTIO XLI.

DE

FVNCTIONE GENITALI
SEXVS SEQVIORIS

IN VNIVERSVM.

§. 530.

Virilia vti ad dandum, ita muliebria ad recipiendum a natura apta et in vniuersum maxime ab inuicem diuersa sunt. Quibusdam tamen in partibus vtriusque generis organa perquam similem monstrant fabricationem. Ita sub pube (cuius struture § 36. obiter mentionem iniecimus) in commissura labiorum superiore latens *clitoris* non vna in re cum virili membro conuenit, nisi quod ab vrethra seiuncta ideoque imperforata, et in rite formatis perexigua sit. Subinde enim et in adul-tis eiusmodi molem seruasse memoriae pro-ditum

ditum est, qua embryonum femineorum clitoridem conspicuam diximus (§ 492), quale obscenum vitium plerisque fabulosis Hermaphroditis originem praebuisse probabile videtur †). Similiter ceterum ea particula cauernosis constat corporibus et erectioni apta est, et praeputio tegitur, et smegma praebet Littriano (§ 525) haud absimile ‡‡).

§. 531.

†) v. HALLER in *Commentar. soc. scient. Goetting.* Vol. I. pag. 12. sqq.

Exemplorum icones exhibet GAUTIER in *observations sur l'hist. nat.* a. 1752. 4.

‡‡) Idemque smegma cum calidis in regionibus facile simili ac apud viros congestioni et irritanti acrimoniae obnoxium sit, simili quoque puellarum circumcisione ansam praebuit, plurimis Africae Asiaeque calidioris gentibus sollempni. Iconem pudendorum circumcisae eiusmodi puellae Arabicae 18 annorum, ad vinum factam, rarissima opportunitate feliciter usus ex orientali itinere retulit cl. NIEBUHR (v. EJ. *Beschreib. von Arabien* p. 77 sq.) mihique ut eam publici iuris facerem amice concensit.

Aeri incisam dedi in I. *de generis hum. varietate* tab. II. fig. 4.

§. 531.

A clitoride descendunt *nymphae*, itidem subinde enormi magnitudine aberrantes*), [qui excessus etiam fabulosae famae occasionem dedit**);] aequa ac clitoris summa sensilitate gaudentes; vrinae emissae radium quodammodo dirigere videntur, cum *vrethrae*, in hoc sexu breuissimae, *ostium* [in perfectissimis exemplis singulariter ciliatum †)] in fundo quasi earum delitescat.

§. 532.

*) Quid quod et numero ludere aliquando visae sunt.

— cf. optimus NEUBAUER *de triplici nympharum ordine* Jenae 1774. 4.

**) De singulari nempe *Hottentottarum* cutaneo ventrali; quod vero pridein ad *nymphas* enormes pendulas retulit medicus autopta WILH. TEN RHYNE *de promontorio b. spei* pag. 33.

Simile quid de *Kamtschadalicis* feminis refert STELLER *Beschr. v. d. Lande Kamtschatka* pag. 300.

†) Elegantissimis eiusmodi ciliis obsitum hoc ostium *vrethrae* video in memorabili specimine genitalium *vetulae* annosissimae, tamen hymene intemerato, quam reliquarum partium obscenarum perfectissima et quasi elaboratissima efformatione conspicuarum, quae a cl. BÜCHNERO accepi, medico apud Gothanos longe meritissimo meique amantissimo.

§. 532.

Ostio huic subiectum est ipsius *vaginae orificium*, varii ordinis cryptis cinctum, quo v.c. lacunae vrethericae Graafii †), et oricia prostatarum inepte sic dictarum Casp. Bartholini ‡) &c. pertinent, quorum muco vnguinofo obscenae istae partes illinuntur *).

§. 533.

Ipse vero vaginae aditus praetensum sibi habet *hymen* **): intemeratae virginitatis signum, nulli quod sciam, praeter humanum genus alio animantium generi concessum, et cuius hactenus nulla physica utilitas innotuit.

Destructi

†) v. Jo. JAC. HUBERI icones uteri, inter Hallerianas, fasc. I. tab. II. fig. 1. g.

‡) Ibid. fig. 1. b.b. — fig. 5. d.

*) Huc quoque referenda foramina duo a Jo. DRYANDRO in extremo vulvae viuentium mulierum saepissime visa. v. NIC. MASSAE epist. medicinal. T. I. p. 123. b.

**) HUBER l.c. fig. 3. 4. 6.
it. B. S. ALBINI annotat. acad. L. IV. tab. IV.

Destructi laciniae sensim in *carunculas myrtiformes*, incerti numeri, abeunt.

§. 534.

Dehinc *vagina*, vrinariam inter vesicam et intestinum rectum ascendit, ex parenchymate cellulofo copiose vasculofo constipata; infra musculo *constrictore cunni* *) cincta; interius vero mollissima tunica vestita; quae binis elegantibus *rugarum* **) *columnis*, antica scil. et posteriore †), distincta est, et ex ipsis hisce rugis mucum plorat cauum eius illinentem.

§. 535.

Supremo vero vaginae ambitui insidet denique *uterus*, a ligamentis latis vtrinque suspensus haerens.

Cylin-

*) EUSTACHII tab. XIV. fig. I. X. X.

SANTORINI tab. posth. XVII. I. I.

**) HUBER de *vaginae uteri structura rugosa*, nec non de hymene Goetting. 1742. 4.

†) v. HALLERI icones anat. fasc. II. tab. VI. fig. 1. 2.

Cylindricus eius ceruix †) a vagina quasi amplectitur et angusto canali perforatur, qui simili ac vagina rugoso apparatu, arbore nempe sic dicta vitae distinguitur, et cuius vtraque extrema orificia maxime vero superius s. internum tenaci plerumque muco obsita sunt.

§. 536.

Substantia vtero plane singularis, ex parenchymate proprio perdenso et compacto ‡‡), ingenti vasorum sanguiferorum copia, miris anfractibus serpentinis decurrentium ‡‡‡), pertexto, quorum venae valuulis destituuntur. Procul dubio etiam vasorum lymphaticorum apparatu *) instructus est; neruis autem scatet innumeros **), quorum ope mirandum illum cum plerisque corporis partibus consensum alit.

§. 537.

†) ROEDERER *icones vteri humani* tab. VII. fig. 2. 3. 4.

‡‡) Jo. GOTIFR. WEISSE (praef. G. Rud. BOEHMER) *de structura vteri non musculosa, sed cellulosa - vascularis* Vitemb. 1784. 4.

‡‡‡) cl. WALTER *de morbis peritonaei* tab. I. II.

*) cf. MORGAGNI *aduers. anat.* IV. p. 135.

**) cl. WALTER *tab. nervos. thorac. et abdom.* tab. I.

§. 537.

Exterius tegitur vterus peritonaeo, interna vero eius exigua cauitas et maxime quidem in fundo, molli et tenerrime spongiosa obuestitur membrana, quam alii *) vasis decoloribus (§ 80), alii **) venis lymphaticis absorbentibus constare afferunt.

§. 538.

Musculosam quod attinet texturam vtero a nonnullis tributam †) ab aliis vero negatam ‡), id faltem monere liceat, mihi quidem in omnibus quotquot hactenus curatus indagaui vteris humanis, grauidis aequa ac non grauidis (et quidem vtriusque generis vteros non in praeparatis tantum sed et in recentissimis funeribus explorandi occasio fuit),

ne

*) FERREIN in *Mem. de l'ac. des sc. de Paris* a. 1741.

p. 375.

**) cl. MASCAGNI l.c. pag. 4.

†) cf. v.c. cl. SUE in *Mem. presentés Vol. V.*

‡) v. argumenta cl. WALTERI in *Betracht. über die Geburtsttheile des weibl. Geschl.* p. 25 sq.

ne hilum reperisse quod pro muscularibus fibris agnoscere licuisset: indies e contrario magis magisque mihi persuaderi irritabilitatem vtero, muscularis fabricae experti, nullam esse (§ 306): sed vitam, si cui alii corporis parti, propriam (§ 47) tam peculiaribus plane vteri motibus et functionibus respondentem, quas a nulla earum virium vitalium quae partibus similaribus communes sunt (§ 43-46), deriuare licet: et quae veteribus pridem medicis et philosophis adeo singulares et propriae visae sunt, ut vterum inde animal in animali contentum vulgo appellarent.

§. 539.

Ex lacunaris f. fundi vterini angulis emergunt vtrinque *tubae Fallopianae* †) angusti et tortuosí canaliculi, in suprema ligamentorum latorum duplicatura decurrentes, textura sua isti vaginae similes, nisi quod interius rugis destitutae mollifima et tenerrima spongiosa carne vestiantur.

†) FALLOPII *observ. anat.* p. 197.

§. 540.

Dd

§. 540.

Extremum eorum ostium abdominale, praeterquam quod alteri vterino amplius est, singularis plane et elegantis fabricae *fimbriis* laciniatis et quasi digitatis cinguntur, quarum in conceptionis negotio partes non infimae esse videntur, quippe quae venereo oestro aequa ac tubae ipsae turgentibus subiecta sibi ouaria amplecti videntur.

§. 541.

Ipsa vero *ouaria* s. ut ante Stenonis tempora †) audiebant testes mulieres, praeter tenax et fere tendineum inuolucrum densa constant et quasi compexa tela cellulosa, cui in quois ouario inharent plus minus circ. 15 ouula sic dicta Graafiana, vesiculae scil. s. potius guttae feri flauescentis albuminosi, quod ut genuinum ouorum albumen, si recens ouarium feruenti immersum fuerit, cogitur.

§. 542.

†) STENONIS enim primus mulierum testes ouario analogos dixit a. 1667. v. EJ. *elementar. myologiae specimen* pag. 117 sqq.

§. 542.

Et huiusmodi quidem albuminosa gutta princeps humor esse videtur, quem mulier ad conceptum confert, siquidem verosimile est, per virilis aetatis decursum sensim sensimque aliam harum guttularum post aliam ita ad maturitatem suam peruenire, ut inuolucrum, quo ouarium cingi vidi- mus, penetret quasi, donec tandem aliquando id ipsum inuolucrum rumpere et a tubae ostio abdominali excipi possit.

§. 543.

At enim uero praeter hancce ex ouario profilientem albuminosam guttulam alium quoque liquorem, quem veteres satis abusiue quidem *feminei seminis* nomine de- signabant sub venereo oestro fundi con- stat, de cuius tamen indole et fontibus et vniuersitate non magis adhuc certi quid statuere licet ac de fine et visib. eius †).

†) Cum haec tenus vix meliora de dubio eo liquore morimus, praeterquam quae summus HARVAEVS de eo memoriae prodidit *Exercit. de generat. ani-*

malium pag. 95. ed. Lond. 1651. 4. liceat verba eius adiungere. Monet autem „non omnes quorumlibet animalium foeminas, nec mulieres quidem omnes, talem humorem emittere, nec citra eiusmodi emissionem conceptum necessario frustrari; (non enim plurimas — inquit — quae citra talem ejectionem foecundae satis essent, et nonnullas etiam quae postquam emissionem eiusmodi expertae sunt, maiore quidem voluptate in coitu delectarentur, sed de foecunditate solita plurimum amitterent. Infinita etiam exempla sunt foeminarum, quae, licet in coitu voluptatem sentiant, nihil tamen emittunt et nibilominus concipiunt.) Miror maxime, eos, qui emissionem hanc ad generationem necessariam putant, non animaduertisse, humorem illum foras eiici, et circa clitoridem vulvaque orificium ut plurimum profundi; raro intra vulvam, nunquam vero intra uterum, ut cum maris spermate misceatur; esseque consistentia seuosum s. ichorosum, ad modum urinae; non autem, geniturae instar, lentum atque vultuosum; ut tactu facile innotescit.,

SECTIO XLII.
DE
M E N S T R V I S.

§. 544.

Frequentissima et grauis vteri functio est
vt per triginta circ. annos menstruum tri-
butum soluat, quam legem nulli alii ani-
mantium generi †) imposuit natura, cum,
vt Plinii verbis vtar, solum animal mén-

D d 3 struale

†) Vulgo quidem scriptores historiae naturalis, et
inter eos cl. BUFFON nonnullis praeter humanum
genus aliis animantibus mammalibus (praesertim
ex simiarum ordine) periodicum huiusmodi fluxum
tribuunt. Postquam autem plures simias feminas
ipsarum earundem specierum de quibus id me-
moriae proditum est, (v. c. simiam *syluanum*,
cynomolgum, *papioneum mandril &c.*) per plures
continuos annos coram obseruandi occasione vi-
sum, facile perspexi putatitia illa catamenia aliis
plane nulla esse, in aliis, et quidem eiusdem
cum ipsis speciei, ad parcam sed vagam et *omni*
periodico ordine plane destitutam haemorrhagiam
vteri redire.

struale mulier sit: nullam vero hactenus
notarum gentium *) ab eadem exemit,
cum in vniuersum ad necessaria pertineat
requisita quibus ad generis sui propaga-
tionem aptus fiat sequior sexus.

§. 545.

*) Peruulgata quondam sed fabulosa fama de in-
tegris gentibus, Americanis maxime, catame-
niorum fluxu destitutis hodienum vix adhuc re-
futatione eget. Ortum vero exinde duxisse vi-
detur, quod Europaei istas regiones inuisentes
etiamsi innumeras tantum non plane nudas se-
quioris sexus incolas viderint, nunquam tamen
menstruae purgationis inquinamenta in ipsis ob-
seruauerint: cuius vero rei duplcem fuisse cau-
sam probabile est; partem nempe quod apud
istas Americae gentes feminae quamdiu men-
struatae sunt, felici praeiudicio pro venenatis
quasi habeantur et a sociali consortio arceantur,
inque remotioribus tuguriolis e hominum con-
spectu remotae tamdiu benefico ipsis otio fruan-
tur. — Partem vero etiam laudatam ipsarum
corporis munditiem et modestam crurum positu-
ram eo conferre, ut nulla catameniorum vestigia
in oculos incurvant, expresse monentem lego
ADR. VAN BERKEL in *Amerikaansche voyagien na*
Rio de Berbice en Suriname pag. 21.

§. 545.

Auspicia vero huius functionis nostro sub coelo plerumque incidunt in annum aetatis decimum quintum, praecedentibus ut plurimum plethoricis symptomatibus, congestione versus pectus, tensionis sensu lumbari in regione, crurum laßitudine &c. Et quidem prima ea vice ex genitalibus ab initio prodire solet humor rubellus, quem sensim intensius rubens sanguinolentus latex sequitur, denique in genuinum cruentum abiens: qui per aliquot dies lente manare pergit; cessantibus interim quae modo diximus incommodis.

§. 546.

Cruentum vero illud profluum ab eo inde tempore elapsis quibusuis quatuor septimanis denuo redire, tuncque plus minus sex circ. diebus continuare solet, quo quidem temporis spatio in vegeta femina octo praeter propter vnciae sanguinis ad integrum usque libram excerni creduntur.

§. 547.

Intermittitur vero haec actio plerumque quamdiu mulieres aut grauidae sunt, aut lactantes.

Plane *cessat* autem vniuersa functio, postquam 30 circ. annis viguit, quod itaque nostro sub climate circa quadragesimum quintum aetatis annum contingere solet.

§. 548.

Fontes catameniorum ab aliis ad vaginæ vasa ab aliis et quidem verosimilius ad vterina relati sunt; quae enim in contrariam sententiam proferuntur exempla mulierum, quibus eti grauidae aut vtero atretæ fuerint aut vteri inuersi prolapsu laborarint, tamen menstrua fluxerint, nil aliud tamen probant, quam egregia naturae medicatricis conamina, quae via praeclusa regia, insolitis viis feliciter vti nouit. Sunt autem ab altera parte numerosa extispicia feminarum, quae menstruatae diem suum obierant: quarumque cauum

cauum vterinum catamenia plorasse monstrabat †); vt argumenta a priori quod dicunt defumta taceam, quibus ipsum mensium *finem* eo redire probabile fit, vt vterus menstrua tali haemorrhagia ad futuram grauiditatem praeparetur et nutriendo foetui aptior reddatur. Iisdemque quoque rationibus arteriosis potius vteri vasculis quam venis hic fluxus tribuendus videtur.

§. 549.

Quod vero *caussas* periodicae huius et perennis haemorrhagiae attinet, tantis earum indago adhuc premitur difficultatibus, ut et heic non nisi probabilia sequi nec ultra id quam quod verisimile occurrerit, progredi liceat *).

Dd s Proxi-

†) cf. v. c. MORGAGNI *adnerf. anat.* I. tab. III. M.M.M.

^{*)} Adeant quorum interest, post alios ABR. D'ORVILLE
(praef. HALLERO) *causae menstrui fluxus disquisitio-*
nem. Goetting. 1748. 4.

GISE. VERZ. MUILMAN an ex celebrata hactenus opinione de plethora vniuersali vel particulari vera fluxus monstrui caussa explicari possit? LB. 1772. 4.

JAC. FR. MARTLEY *de mensibus.* Edinb. 1783. 8.

THEOD. TRAUG. JAEHKEL (praef. KRAUSE) *aetiologya
fluxus menstru*i** Lips. 1784. 4.

Proximam ergo topicae cuidam congestioni plethoricae tribuunt, cui sane symptomata imminentium menstruorum aequa copia et natura vasorum vterinorum respondent.

Remotioribus vero tum situm erectum, (principem istum, qui humanum genus a reliquis animantibus distinguit charactrem;) tum et singulare vteri parenchyma, vitamque eius propriam annumerare licebit.

Circa periodici autem eius decursus rationem ignorantiam fateri quam vanis hypothesibus inhiare praestabit: cum hactenus omnia ea periodica phaenomena tam fano quam aegroto animanti contingentia, *quorum termini ultra nycthemerum prorogantur*, ad naturae animalis mysteria referenda videantur.

SECTIO XLIII.DE
L A C T E.

§. 550.

Pari vt vulgo dicunt passu cum vtero ambulant *mammae*, fontes sanctissimi, humani generis educatores vt eleganter audiunt apud Gellium Favorino philosopho. Vtriusque enim ordinis organorum functio infantili aetate vix adhuc vlla est; iisdem tunc pubertatis annis vtraque simul vigere incipit, vt quando primum ingruunt catamenia, fororient quoque mammae; ab eo vero inde tempore paſſim aut simultaneas vices subeunt quando grauiditatis progressu mammae quoque turgere et lac fundere incipiunt; aut alternas, cum quamdiu lactat mater, cessent interim menstrua; si vero non lactat, lochia eo copiosius fluant & f. p. Denique autem

autem ingrauescente aetate vtraque functio simul quoque plane cessat, vt quando iam non amplius reuertantur catamenia tam uterus quam mammae aequaliter inertes et tabescentes flaccescant; vt pathologica taceam phaenomena in menstruorum v. c. anomaliis, fluore albo aliisque id genus affectionibus luculenter obseruanda, et eandem de qua agimus sympathiam demonstrantia.

§. 551.

Neque mirum videbitur tam intimum uteri et mammarum commercium consideranti, tam multifariis consensus physiologici species, alias (§ 54) sigillatim enarratas, ad unam omnes inter ea muliebris thoracis et abdominis organa locum habere †).

§. 552.

Maximi praesertim momenti quondam aestimabatur consensus anastomoticus arteriam

†) cf. JAC. ANEMAET *de mirabili quae mammae inter et uterum intercedit sympathia* LB. 1784. 4.

teriam inter mammariam internam et epigastricam obseruabilis *); cui etsi nimium tribuerint olim physiologi **), haud contemnendas tamen deberi in ea conspiratione partes, probabile videbitur luminis mutationem consideranti quae epigastricae grauiditatis tempore et quamdiu mater latet contingit.

§. 553.

Verum et hoc vterus cum mammis commune habet, quod vtriusque ordinis haecce organa cum chylo amicam quasi affinitatem alant, eumque grauiditatis maxime tempore attrahant et peculiares in usus vertant.

§. 554.

Constat autem *mamma* muliebris †) placentiformi glandularum conglomerata-

rum

*) EUSTACHII tab. XXVII, fig. 12.

HALLERI icon. anat. fasc. VI, tab. I.

**) Recte monente cl. G. RUD. BOEHMER de *consensu uteri cum mammis caussa lattis dubia* Lips. 1750. 4.

†) cl. KÖLPIN de *structura mammarum* Grphisw. 1765.
4. c. fig. aen.

rum congerie, numerosis fulcis in maiores lobos distincta, et adiposae massae in vniuersum quasi immersa; maxime autem antrorum firmiore sebo tumens cui tenuerrima obtensa est cutis.

§. 555.

Quius autem istorum loborum iterata diuisione ex minoribus lobulis componitur, hique ex vulgo sic dictis acinis, quibus ultimae *ductuum lactiferorum* radiculae †) inhaerent ex arteriae mammariae internae extremis ramulis chylosum laticem attrahentes.

§. 556.

Abeunt autem hae radiculae magis magisque confluentes *) denique in trunhos principes, numero loborum respondentes, ita ut plerumque in quavis mamma quindecim eorum aut paulo plures numeren-

†) cf. C. A COVOLO binas tabulas ad calcem posthumarum SANTORINI.

*) v. cl. GIRARDI tab. I, iisdem SANTORINI tabulis subiunctam.

numerentur. Hi quidem passim in sinus ampliores dilatantur nulla autem genuina anaftomosi inuicem nec*ti* videntur †).

§. 557.

Terminantur autem hi trunci tenerrimis canaliculis excretoriis, qui versus centrum mammae intercedente cellulosa in *papillam* colligantur ‡‡), quae subtilissimis vasis sanguiferis et neruulis per texta ad externorum quorundam stimulorum accessum singulari erectioni obnoxia est.

§. 558.

Ambit papillam *areola* ††), quae aequa ac ista ipsa singulari colore *) reticuli

†) cl. WALTER *obseruat. anat.* pag. 33 sq.

‡‡) SANTORINI tab. posth. VIII.

†††) RUY SCH *theſ. I.* tab. IV. fig. 4.

*) Grauidis, praesertim quando prima vice ytero gerunt, flauescunt plerumque papillae.

Samojedicis vero feminis, eti adhuc intactis, papillas nigerrimas esse, afferit autoptæ cl. KLINGSTAEDT in *Méms. sur les Samojedes et les Lappes* pag. 44.

culi quod epidermidi **) subternitur, conspicua est, praeterea autem folliculis quoque sebaceis ***), quid quod subinde etiam ductulis raris lactigeris †) distinguitur.

§. 559.

Quod vero in hactenus descripta officina secernitur, *lac* muliebre succus est noti coloris, aquosus, pinguisculus, subdulcis, lenis, in vniuersum mammalium domesticorum lacti similis nisi quod non ut hoc acidis cogatur, neque ullum alcali volatilis vestigium praebeat ††).

§. 560.

Spiritu vini autem coactum eadem elementa monstrat, quibus et animalium quae diximus lac constare notum est. Praeter *aquosum* enim halitum quem recenter

**) B. S. ALBINI *annotat. acad.* L. III. tab. IV. fig. 3.

***) MORGAGNI *aduersar. anat.* I. tab. IV. fig. 2.

†) ID. *aduersar.* IV. fig. 3. et *aduersar.* V. pag. 148.

††) FL. JAC. VOLTELEN (*praef. HAHNIO*) *de lacte humano observationes chemicae* LB. 1775. 4.

center emulsum et adhuc calens spirat,
serum a *caseosa* parte secedens, saccharum
lactis continet †), acido constans facchari,
 calcarea terra et oleosis ac mucosis parti-
 bus nupto. Butyraceum vero *tremorem*
 globulis constare dicunt sed variae et in-
 constantis magnitudinis, vtpote quorum
 diametrum intra $\frac{1}{200}$ et $\frac{1}{500}$ lineae lu-
 dere afferunt *).

§. 561.

Analogia vero quae chylum inter et
 sanguinem (§ 10. 453) et vtrosque inter
 hosce liquores et ipsum lac praeualere ob-
 seruatur satis probabile reddit, esse hunc
 de quo agimus postremum humorem ipsius
 chyli speciem ex sanguinis massa reductam,
 s. potius ante plenariam eius assimilatio-
 nem ex sanguineo penu, cui modo acces-
 ferat, iterum separatam; cui sententiae
 praeter alia argumenta tum specificae in-
 gestorum

†) MARC. LUD. WILLIAMOZ *de sale lactis essentiali* LB.
 1756. 4.

*) SENAC *Tr. du coeur* Vol. II. p. 276. ed. 2.

gestorum qualitates farent, non raro in lacte nutricis luculenter obseruabiles: tum vero chylosus habitus aquosí lactis quale sub grauiditate et paulo post partum e mammis stillat.

§. 562.

Cauffa vero, quare continuata lactatione blandum hocce foetus pabulum temporis progressu spissius et magis magisque pingue euadat, maxime ad venas lymphaticas videtur referenda, quibus mamiae abundant, et quae quo vberior est et diuturnior lactis effluxus eo plus et magis continuo serosas partes resorbent, easdemque denuo sanguinis massae affundendo, vniuersum huius secretionis negotium augent et promouent (§ 476).

§. 563.

Vberrima enim lactis secretio proximis post partum diebus contingit, et si mater lactat ipsa infantis suctione vterius sustinetur, donec menstrua, quae plerumque tam
diu

diu intermittunt (§ 547), denuo reuertantur. Est tamen quod et intactarum subinde virginum, quid quod et vtriusque sexus infantium neonatorum, imo vero et virorum †) [aeque ac aliorum mammalium masculorum adultorum ‡‡)] mammas lac praebuisse, obseruatum fuerit.

§. 564.

Excretionem vero lactis follicitat eius vbertas, qua et sponte exstillare notum est, vltterius autem perficit eandem tum pressio mammae externa, tum infantis fuctio.

†) Rem in Russia vulgatissimam esse asseritur in *Commentar. acad. sc. Petropolit.* Vol. III. p. 278 sq.

‡‡) Est in vicinia nostra hircus iam nouennis, tam magnitudine corporis quam robore insignis, toties mihi visus, cui inde a sex retro annis alternis quibusuis diebus dimidiā libram sapidi lactis emulgent. Similius capro Lemnio, de quo idem refert ARISTOTELES in *hist. animal.* L. III. p. 259. ed. GA. DU VAL.

SECTIO XLIV.
DE
C O N C E P T I O N E
ET
G R A V I D I T A T E.

§. 565.

Iam ad ea accedimus, quorum causa
utriusque sexus genitalia de quibus hac-
tenus egimus, machinata sunt: conceptio
nempe, et generis humani propagatio; in
quorum disquisitione ita versabimur, ut
prius nuda enarremus phaenomena in ad-
mirabili eo et vere diuino negotio obser-
vanda; tum vero vires indagemus quibus
ipsa ea phaenomena tribuenda videbuntur.

§. 566.

Atque primo notari meretur generi
humano non ut longe plurimis reliquorum
animantium (et quidem mammalibus ni-
fallor

fallor praeter hominem ad vnum omnibus) peculiare statutum esse anni tempus, quo in venerem ruant †), sed quamuis tempestatem perinde aptam esse ad excitandos ipsi amorum igniculos.

§. 567.

Quando ergo femina admisit virum et vterque eorum eo animali instinctu calent quo non alter siue vniuersitate siue vehementia par extat, vterus ni grauiter fallimur, inflammatorio quodammodo orgasmo turgens ‡‡), vita sua propria (§ 538) ani-

Ee 3 matus

†) Niſi huc referre velis quod, primum in Suecia obſeruante WARGENTINO, plurimi partus in m. Septembrem incidere soleant, qui praecedenti responderet Decembri. v. *Swensk. Vetensk. acad. Handlingar.* a. 1767. Vol. XXVIII. p. 249 sq.

‡‡) cf. bina RUY SCHIO visa exempla vterorum mulierium post recentem impregnationem diffeſtorum.

Alterum nempe aduersarioſ. anat. medico - chirurg. Dec. I. tab. II. fig. 3. meretricis a iuuene statim post venereum cum ipsa complexum, trucidatae.

Alterum theſauro anat. VI. p. 23 sq. tab. V. fig. 1. mulieris paucis horis grauidae et in adulterio a marito occisae.

matus haurit quasi semen a viro euibratum *); et proprium e contra fundit (§ 543); tubae autem simul obrigescunt et fimbrias suas vicinis ouariis applicant; ex quorum alterutro vna ex vesiculis Graafianis, fere ut abscessus maturus finditur, et albuminosa quam continebat gutta ab ostio tubae abdominali sorpta in ipsum vteri cauum deriuatur.

§. 568.

Elapsa autem hacce ouarii gutta vulnusculi labia externa cicatrice clauduntur, remanens vero cui ipsa inhaeserat membranula vasculosa, abit in *corpus luteum* †) ab initio itidem cauum et plastica ut mihi quidem

*) Impetum consideranti, quo semen virile eiaculaatur, et ab vtero deglutitur quasi, quamque per exigua eius quantitas (monstrantibus experimentis in animalibus captis) ad foecundandum sufficiat, facile erit ea intelligere, quae de feminis paucim referuntur, quas integro hymene concepisse legitimus et vulgo ad demonstrandam nescio quam auram seminalem adhibentur.

†) cf. Jo. CHPH. KUHLEMANNI *obseru. circa negot. generationis in onibus factae* Goetting. 1753. 4, c. f. 2.

quidem videtur lympha plenum, quae vero temporis progressu in carnosum vertitur nucleus, crasso cortice, vasorum sanguineorum insignibus ramulis pertexto, cinctum †).

§. 569.

Vtero nunc impregnato, canalis, cervicem eius perforans, maxime versus orificium superius s. internum (§ 535) arcte clauditur, ita ut secundum naturam nullus superfoetationi locus supersit.

§. 570.

Interna vero vteri superficies inflammatoria quasi plasticae lymphae crusta obduci videtur (§ 19), quae in *caducam* s. *deciduam* Hunteri *) abit: cuiusque bi-

Ee 4 nas

†) v. GUL. HUNTER *anat. vteri grauidi* tab. XV. fig. 5.
tab. XXIX. fig. 3. tab. XXXI. fig. 3.

*) Primus de origine Itius membranae (cuias quidem curatiorem notitiam GUL. HUNTERO debemus) recte praecipite videtur ARETAEUS Cappadox *de caus. et sign. morbor. diuturn.* L. II. c. 11. p. 64 sq. ed. BOERH.

nas laminas distinguunt; alteram nempe quam *croffam* vocant, ipsum vteri cauum, exceptis ostiis tubarum et ceruicis interno, inuestientem *): alteram quae ferius, postquam nempe ouulum formari et in ipsa decidua radices agere cepit, exinde super ipsam oui reliquam superficiem continuatur (- *Tab. IV. fig. 1. a. — fig. 2 —*), ideoque *caducæ reflexæ* nomine venire solet **).

§. 571.

Ipsum vero *ouulum* prius quidem generatur quam embryo, cui recipiendo inferiet, ita tamen ut vix ante finem alterius post

Post restaurationem autem anatomæ tandem restituit FALLOPIUS *observ. anat.* p. 207.

Est *Chorion* siue nude sic dictum, siue *spongiosum*, *tomentosum*, *fungosum*, *filamentosum*, *reticulatum* sequentis ævi auctorum. *Involucrum membranaceum* B. S. ALBINI &c.

Primam quantum noui eius iconem exhibuit RUVSCHIUS *thes. anat.* V. tab. I. fig. 1. F. B. C. G.

*) GUL. HUNTER *I. c. tab. XXXIV. fig. 3—6.*

**) cf. B. S. ALBINI *annotat. acad. L. I. tab. III. fig. 1. e.*

GUL. HUNTER *I. c. tab. XXXIII. fig. 1—4.*

post conceptionem hebdomadis formatio eius inchoetur †). Ante hunc terminum enim unquam formati conceptus humani vestigia vere obseruata fuisse, valdopere dubito.

Ee 5 §. 572.

†) Quod *Tab. IV.* exhibui ouulum, ex pluribus ideo
selegi, quod tenellae suae aetati eximiam
pulcritudinem, et intemeratain integritatem iun-
ctam habeat. Ob lagena autem cylindricae ii-
quoris plenae amplitudinem cui suspensum inhae-
ret, icon ceteroquin curatissima, minus adhuc ob-
iectum exhibit quam reuera ei, vii amnii veii-
cula vix pisum maius magnitudine ^{ad}equat.

Feminae est athletici habitus, tertium grauidae, cui postquam prima vice intermisserant catamenia, fortuito et repentino abortu excidit: adeoque ad primum grauiditatis mensem referendum videtur.

Recentissimum mihi allatum suspensa aperui manu, et chorion crystallina sua aquula, amnion autem liquore sui nominis plenum inueni. Cetera autem neque funiculi neque embryonis minimum adhuc vestigium; sine quod formationis eius termini nondum attigerit ouum, (et in tanta amnii paucitate huic formationi iam locum esse, valde dubito) siue quod in vniuersum sterile fuerit s. subuentaneum. Adfuisse enim iam foetu- lum et maceratione tantum resolutum disparuisse, cruda ouuli integritas et amnii interior superficies vndeque glabra credere vetant.

§. 572.

Constat autem hocce ouulum, praeter extimum illud inuolucrum aduentitium, quod ipsi a *caduca* ista Hunteri accesserat, binis membranis propriis.

Exteriore altera, sanguiferis ut videtur vasis destituta, quae *Chorion* †) est nuperorum (- *Tab. IV. fig. 1. c -*) ; cuiusque extima superficies ab initio magnam partem nodosis flocculis ineffabilis elegantiae est obsessa (*fig 1.b — fig 2.-*) quare et *chorion n. locum* f. *frondosum* appellarunt. Iisdemque flocculis, quae partis foetalis futurae *placentae* rudimenta sunt, tanquam radicibus suis, ouulum inferitur deciduae vterinae (§ 569).

Altera membrana eaque interior *annion* est (- *fig. 1. d -*), itidem sanguineorum vasorum expers (§ 5), tenera quidem, memorabilis tamen tenacitatis.

§. 573.

†) *Membrana media* ROUHAULTI, HALLERI &c.

cf. in vujuertum de variis oui tunicarum synonymis et homonymis HALLERI elem. physiolog.

Vol. VIII. P. I. p. 194 sq.

et TABARRANI ep. ad Bartalenum in *Atti di Siena* T. VI. p. 224 sq.

§. 573.

Binae hae ouuli membranae propriae primis ab inchoata oui formatione septimanis amplitudine sua magnopere ab invicem differunt; ita vt chorion maiorem exhibeat vesicam, cui amnion tanquam longe minor vesicula ei faltem loco intus adhaeret, qui circ. centro floccosae chorii superficie extimae respondet.

Reliquum vero interstitium, quod tunc adhuc chorion atque amnion intercedit, crystallina repletur aquula dubiae originis et breuis aei.

Cum enim amnion celeriora capiat incrementa quam chorion, huicque iam primis post conceptionem mensibus approxinetur †) eodem gradu crystallinum huncce liquorem disparere necesse est.

§. 574.

Intima vero ista oui membrana inde a prima sua formatione (§ 570) ad ipsum vsque

†) v. HUNTERI figuras (imaginarias quidem) l.c. tab. XXXIV. fig. 9. 8. 7.

vsque instantis partus terminum *liquore amnii* plena est, latice sc. aquoso, coloris subflauescens, odoris fere nullius, saporis blandi vix subsalsi, quem vulgo alibilem putant et albumini comparant, a quo tamen mirum quantum abhorrere curatior eius indago facile docet.

Fontes eius adhuc dubii, certe neque ad foetum neque ad vmbilicalem funem referendi, cum et subuentaneis insit ouulis quae neutrum istorum continent.

Copia eius inuersa ratione ad foetus molem se habet. Eo maior nempe quo tenerior adhuc embryo & v. v..

Atque exinde usum huius liquoris primarium hariolari licebit, qui magis ad tuendum tenelli embryonis gelatinosum quasi, et iniuriarum externarum maxime impatiens, corpusculum, quam ad eius nutritionem inferuire videtur. Eam enim liquoris amnii portiunculam quae quandoque (sed adeo raro ut vel exinde praeter naturae ordinem id contigisse censem dum

dum sit) foetus ventriculum intrasse visa est, neutquam nutritioni eius destinatam esse facile patebit consideranti quam iners, inane, ad chylosin ineptum et visum fere fugiens vel maturioris foetus sit systema chyliferum; vt foetuum vere acephalorum exempla †), aliaque id genus argumenta sicco praeteream pede.

§. 575.

Ipse vero *embryo*, qui ab vmbilicali fune vt fructus a petiolo suspensus huic liquori innat, a tertia circ. inde post conceptionem septimana formari incipit*); et primo quidem simplicissima paruae fabae s. reniculi subglobosa forma appetet,

cui

†) Vulgatas contra de foetibus narrationes qui vmbilicalibus plane caruisse vasis dicuntur, neminem obiecturum spero, qui vel obiter istis historiolis criticam faciem attulit.

*) Fictitia enim MAURICAEI, KERCKRINGII aliorumque commenta et icunculas foetuum vnius aut paucarum dierum hodienum refutare non amplius opus est.

cui sensim extremitatum rudimenta succrescunt, facies ulterius efformatur & s. p. *).

§. 576.

Ex ordine naturae mulier unipara est et singulum tantum foetum concipit. Non raro tamen *gemellos* gerit, quorum ratio ad solitarios partus ex Sūfs milchii calculis est ut 1 : 70 †). Tuncque plerumque

* Adeant quibus non ipsa eiusmodi humanae speciei fragilia primordia ad manus sunt, icones curatas in RUY SCHII *thesaur. anatom.* VI. tab. II. fig. 2. 3. 4. 5. 8. 10. *thesaur. X.* tab. III. fig. 1. it. B. S. ALBINI *annot. acad.* L. I. tab. V. fig. 4. 5. TREW in *commerc. litter.* Norico a. 1739. tab. IH. fig. 4. 5.

ABR. VATERI *mus. anatom. propr.* tab. VIII. fig. 2. 4. &c.

†) Verum ut in uniuersum haec ratio non adeo constans dicenda est; ita et gentilitia varietas eandem intercedere videtur.

Raritatem gemellorum apud Grönlandos expresse notat EGGEDE in *descr. dn Grönland* p. 112.

Memorabilis e contrario frequentia eorum ap. Hibernos, ubi ad singulorum partus se habent fere ut 1 : 53. v. (RICH. TWISS) *tour in Ireland* pag. 18.

que cuius gemello proprium est amnion,
vtrique vero commune chorion †).

§. 577.

Medium vero cuius ope mutuum embryonem inter et matrem alitur commercium, vmbilici est funiculus et in quam distribuitur, placenta.

§. 578.

Et *funiculus* quidem *vmbilicalis*, qui ipsi embryoni coaeuus videtur, multimode ludit tam longitudine quam crassitie, tum insertionis in placentam loco, nodis varicosis &c. In vniuersum tamen ex ternis vasis sanguineis spirae modo contortus est, vena nempe quae hepar foetus petit, et binis arteriis ex iliacis internis s. hypogastricis eius oriundis; quae quidem septis cellulosis variabilis directionis *) ab inuicem distin-

†) Rarissime accidit quod gemelli communi quoque amnio contineantur. v. JAC. DE PUYR in *Verhandl. der Zeenwscb Genootsch te Vlissingen* T. IX.
p. 423 sq.

*) GUIL. NOORTWYK *uteri hum. granidi anat.* tab. III.
fig. 5. 6. 7.

distinguuntur; intus vero nodulis s. *quasi-valuulis* Hobokenii passim coangustantur †).

In funem vero colligantur haec vas a ope cellulosae, quae singulari humore limpidissimo plena, gelatinæ speciem præse fert, exterius autem amnii continua-
tione inuoluta est.

§. 579.

Qua vero funi adhaeret foetus, ex huius vrinariae vesicae fundo (§ 486) me- dius inter vtramque arteriam umbilicalem in funem penetrat *vrahus* ††), homini per breue saltem spatium perius, mox que totus euaneſcens, qui autem in aliis mamma-

†) HOBOKEN *anat. secundinae hum. repetita* p. 522 sq.
fig. 38. 39. 40.

Eiusmodi fabricam ulterius in ipsis placentæ ramis ornavit cl. AUG. CHR. REUSS. cf. EJ. nov.
obſerv. circa ſtruclur. vasor. in placenta hum. Tubing.
1784. 4.

††) Jo. NOREEN *de vracho Goetting.* 1749. 4.
cl. PH. AD. BOEMER de eodem, ad calcem *anato-
mes eni hum. foecund. sed deformis.* Hal. 1763. 4

mammalibus ad allantoidem *) ducit, qua humanum foetum plane destitui iam inter omnes constat; nisi huc referre velis aenigmaticam adhuc et breuis aeui *vesiculam umbilicalem* in humanis ouulis, chorion inter et amnion, passim visam, quam ni fallor, primus, et diu ante Albinum **) et Zinnium †), oculis usurpauit Isbr. de Diemerbroek ‡). Nuperis vero temporibus nimis frequenter, et nimis constanti ratione in ouulis humanis foecundis ad tertium usque post conceptionem mensem obseruata est, quam ut pro fortuita fabrica, situe morbosa, situe monstrofa eandem habere liceat.

§. 580.

Sanguifera autem quae diximus funiculi vasa in *placentam* abeunt ††), de cuius

*) cf. FABR. AB AQVAPENDENTE *de formato foetu* tab. XII. XIII. XIV. XVII fig. 37. XXV.

**) annotat. acad. L. I. tab. I. fig. 12.

†) *Epist. ad HALLER. scriptar.* Vol. IV. p. 195.

‡‡) *anat. corp. hum.* p. 263. ed. 1679.

†††) EUSTACHII tab. XIV. fig. 5. 6.

cuius ortu ex frondosa chorii superficie, quae deciduae crassae infigitur, supra monitum est; vnde et duplicitis generis substantia intelligitur, ex qua contextam esse placentam constat; vterina nempe altera a decidua deriuanda et spongiosum eius parenchyma constitueis; altera foetalis quae nempe ex vmbilicalibus vasis in chorion distributis, proficiscitur.

Eatenus autem iniquum est ouuli tennelli incrementum, vt glabrae chorii partimaius et celerius sit augmentum, quam muscofae, adeoque placentae ad oui ambitum ratio eo maior quo recentior adhuc conceptus, minor e contrario quo propior partui.

Simul vero progrediente grauiditate magis magisque stricta et stipata euadit eius textura, ab extima facie qua vterum respicit fulcata et lobata, ab interiore qua foetum spectans amnio vestitur, glabra. Magnitudine autem, crassitie, figura et situ f. cohaesionis ad vterum loco multimed

timode varians; plerumque tamen fundo eius agglutinata; in vniuersum tam sensilitate (§ 204) quam genuina irritabilitate (§ 306) aequaliter destituta.

§. 581.

Etsi autem omnes in eo consentiant, esse placentam princeps cuius ope foetus nutritur instrumentum, de genuina tamen eius agendi ratione, et mutua tam ad uterum quam ad foetum relatione, diuersimode nuperis temporibus disputatum est. Omnibus tamen rite pensitatis eo res redire videtur, vt quidem nulla perpetua anaestomosis vasa sanguinea uteri materni cum iis funiculi intercedat; sed qui continuo tramite ex utero in eam placentae partem penetret matris arteriosus sanguis, quae deciduae crassae originem suam debet, exin ab extremis vasorum umbilicalium radiculis, quae in chorion muscosum distribuuntur, resorbeatur et in funiculi truncum venosum ducatur: redux vero ex foetu per arterias umbilicales sanguis

Ff 2

simili

simili ratione in parenchyma placentae effusus, a venosis partis eius vterinae radiculis hauriatur et vtero reddatur.

Respondent his cautissima sed incassa tentamina de repleindis per vterina vasa vasis vmbilicalibus, aut v. v. iniiciendis per vmbilicalem funem vterinam; tum et quae de differentia notata sunt, qua matris parientis et foetus nondum ab ea soluti pulsus ab inuicem abhorrent; respondent etiam quae alias de materni et foetalis sanguinis diuersa indole monuimus (§ 146 collata not. *) pag. 153).

Praeterea autem probabile est chyli quoque materni portionem simul cum purpureo fluento ad foetum deferri. Praeterquam enim quod sanguis maternus non omni tempore aequa integer est, sed aliquot post pastum horis recens aduenam neque adhuc subactum secum in orbem rapit chylum; singularem quoque vtero cum chylo et lacte esse affinitatem supra iam demonstratum est (§ 550. 553.); et
funt

funt vtique numerosae obseruationes quibus lacteum succum placentae vterinae inhaefisse constitit †).

§. 582.

Progrediente vero grauiditate dum foetus et secundinae tanta incrementa capiunt, vtero quoque ipsi graues subeundas esse mutationes per se facile intelligitur. Et hae quidem praeter molis augmentum tam situm, quam figuram, maxime vero ipsam eius texturam attinent, vtpote quae perpetua et graui humorum congestione quam vterus grauidus experitur, tum quodad sanguinea eius vasa, tum quodad intertextum ipsis parenchyma insigniter alteratur.

Et ista quidem, quo magis increscit vterus eo magis quoque ex anfractuosis et angustis rectiora fuint *) et magis ma-

Ff 3 gisque

†) Hinc quorundam auctorum opinio qui foetum magis lacteo matris chylo quam sanguine eius nutriti autuunt. cf. ABR. BRILL *obs. de humore lacteo in placenta humana* Groning. 1768, 8.

*) v. GUL. HUNTER *anat. vteri granidi* tab. XVI.

gisque ampliora, et venae quidem grauiditate profecta amplissimae *), ita ut pro sinibus passim imposuerint anatomicis.

Hoc vero sensim sensimque rarius evadit laxiusque †) maxime qua ouum contentum spectat, ita ut crassus quidem sit vterus grauidus praesertim in fundo, et in viua et vegeta muliere sanguine turgens ac vi vitali vigens; simul tamen mollis et habitu suo, praesertim in funere [vbi, pridem recte monente Arantio, grauiditate proiecta lamellosam quasi texturam mentitur ‡‡)], mirum quantum a stricta et compacta vteri non grauidi carne abhorrens.

Reliquas autem vteri grauidi mutationes grauiores cum iis quae ouo et foetui memorabiliora accidunt, iunctim ex ordine decem mensium lunarium breuissimis exhibere

*) Ibid. tab. XVIII.

†) cf. B. S. ALBINI *annotat. acad. L. II. tab. III. fig. 2.*

‡‡) ARANTII *de humano foetu libellus p. 5 sq. ed. 1579.*
cf. B. S. ALBINI *tab. vteri granidi II.*

hibere liceat, secundum quos hodie gravitatis decursum satis commode computare solent.

§. 583.

Atque ut in universum uterum statim ab impregnatione sua turgere vidi mus (§ 567), ita et ab eo inde tempore mole et pondere auctior altius paulo in vaginæ superiora descendit, figuram tamen pristinam tribus primis mensibus hactenus retinet, nisi quod fundus eius paulo convexior et corporis anterior paries a postico remotior euadat, cauumque uterinum antehac angustissimum et fere triangulare nunc subglobosae ouuli sese accommodet.

Ouulum vero ipsum quod circa finem primi mensis columbini cui magnitudine spectatur et utramque deciduam ab iniun- cem aequa ac exiguum amnion ab ampliore chorio remotum habet, tertio ad finem vergente iam fere anserini cui molem attingit, et caduca reflexa ad crassam, amnion vero ad chorion proxime

Ff 4 accedit,

accedit, illudque magna liquoris sui nominis copia plenum est, in quo tenellus et pro portione istius liquoris valde exilis embryo (vtpote qui eo termino vix iumorem musculum magnitudine aequat,) hactenus etsi iam praeceps *) minus firmo tamen et inconstantiore situ fluctuare videtur.

§. 584.

A quarto vero inde mense vterus ouatam magis s. subglobosam induit formam, et ceruice eius magis magisque emollita et sensim sensimque abbreviata et quasi deleta s. potius versus latera distenta, denuo sursum vergit et ex minore peluim in maiorem ascendere incipit. Simul vero ipsae tubae cum conuexo vteri fundo sursum feruntur, extenduntur et elongantur; adeo autem vteri lateribus arcte adhaerescunt, vt circa medium tantum ipsarum longitudinem ab illis recedant, et obiter tantum spectatae ex vteri medio prodire videantur, quod erroneae de ingenti fundi
vterini

*) cf. v. DOEVEREN *Specim. obsernat. academ.* p. 104 sq.

vterini incremento opinioni ansam praebuit.

Et ab eo quoque inde tempore foetus in talem increscit molem, quae oui capaciti magis proportionalis est, tuncque iam in firmiores et magis fixum situm se componere incipit, quem ad partus vsque terminum seruat, capite nempe cernuo, facieque lumbis matris et quidem plerumque paulo obliquius versus finistrum latus obuersa.

§. 585.

Medio grauiditatis, quod in quinti mensis finem incidit, vterus in eam increvit magnitudinem, vt fundus eius inter pubem et vmbilicum circ. medius positus, ipsaque grauiditas iam externo abdominis habitu obseruabilis fit.

Simulque foetus ab eo inde tempore corporis sui agitatione matri distinctius sensibilis fieri solet, etsi nec de huius momenti termino statuti et determinati quid

Ff 5 decer-

decernere liceat. Vegetior tamen nunc est et habilior, ita ut nunc ex loquendi ysu vitalis dici possit.

§. 586.

Reliquis quinque mensibus lunaribus vterus cum contento foetu vteriora incrementa capiens circa sextum mensem fundo suo vmbilicum fere attingit; ab octauo autem inde porro vteriorus assurgens ipsi cordis scrobiculo appropinquatur. Ceuix vero eius interim magis magisque obliteratur, complanatur et attenuatur.

§. 587.

Decimo denique mense quasi mole sua obrutus vterus (vtpote cuius longitudinalis axis tunc ad 11 vncias, transuersus vero ad 9 et ultra ascendere solet) denuo subsidere incipit, et orificium eius appropinquante partus termino paulatim aperiatur et orbiculari ostio hiat.

Vtraque membrana caduca maxime vero reflexa quae chorio adhaeret a pluribus

ribus iam retro mensibus magis magisque attenuata nunc reticulatam quasi speciem prae se fert fibris breuibus albidis distinctam †).

Placentae tunc temporis ea moles ut maior eius diameter 9 vncias aequet, crassities vnciam vnam¹; pondus vero vnius circ. librae et quod excurrit.

Funiculi vmbilicalis longitudo plerumque 18 vnciarum et ultra.

Maturi et habilioris foetus pondus librarum fere septem; longitudo 20 praeter propter vnciarum.

Amnii denique liquoris adeo quidem variabilis quantitas, ut nihil plane definiti circa eam statuere liceat, plerumque tamen ubi vegetus fuerit foetus vix ad libram vnam ascendens.

†) cf. de vario habitu quem decidua altero grauidatis dimidio prae se fert GUL. HUNTER *anat. uteri grauidi* tab. XXIV. fig. 3. 4. tab. XXIX. fig. 4. 5. collata tab. XXIX. fig. 2.

SECTIO

SECTIO XLV.
DE
NISV FORMALIVO.

§. 588.

Enarratis hactenus simpliciter conceptio-
nis phaenomenis et quae tam ouo hu-
mano quam ipsi qui eo continetur foet-
tui grauiditatis decursu contingere fida
constat obseruatione, iam ad vires riman-
das accedimus, quarum virtute stupendum
illud generationis negotium perfici verosi-
mire videtur.

§. 589.

Et nostra quidem memoria in eo ne-
gotio breuibus ita se expedire placuit viris
quibusdam cl., vt nullam prorsus hodie
amplius locum habere generationem con-
tenderent, sed vniuersum humanum genus
in alterutrius protoplastorum genitalibus,
germinum

germinum praeformatorum specie, iunctim
praeextitisse, eaque germina temporis
progreſſu ſenſim ſenſimque euolui modo,
afferent.

In eo faltim diſſentientes quod alii
eorum, germina ea in paternis animalculis
ſpermaticis †) quaererent; alii e contra-
rio eadem in materna ouaria ponerent *).

§. 590.

†) cf. W. FR. v. GLEICHEN l. c.

*) v. c. HALLERV vir ſummuſ, qui *omnia viscera et ipſa oſſa futuri foetus, ſed ferē fluida ideoque inni- bilia, pridem ante eius conceptionem in germine materno praeformata fuiffe nude* aſſerebat.

Vtebatur ad huius hypothefeos demonstratio-
nem maxime argumento a continuitate membra-
narum et vaforum ſanguiferorum inter pullum
incubatum eiusque vitellum deſumto. vid. EJ.
opera minora T. II. p. 418 ſq.

At enim vero quo ſaepius oui incubati phae-
nomena in ſcholis physiologicis ad naturam de-
monſtrandi occasio mihi nata eſt, eo minus
argumento illi roboris inefſe intellexi.

Neque ſatis mirari poſſum, qui immortalis
HALLERV inoculationem ſic dictam vaforum
pulli cum vafis vitelli adeo conſtanter, fere ut
abſonam

§. 590.

Quanquam autem posteriorem sententiam ipse quondam secutus sim, tam defectu aliis quae magis satisfacere videtur, quam suspicienda eius fautorum auctoritate allectus, iam eandem derelinquere et proprios meos errores fateri et emendare cogor, postquam seueriore habito generationis phaenomenorum examine longe aliter rem se habere mihi persuaserit natura.

§. 591.

Indies enim magis magisque conuincor,
inesse corporibus organicis viuis ad unum omnibus peculiarem vim ipsis connatam et quamdiu viuunt perpetuo astiuam et efficacem, statutam ipsis et destinatam formam generationis negotio primo induendi, nutritionis posthac functione perpetuo conseruandi, et si forte mutilata fuerit

*absonam reiicere potuerit, cum tamen in ounit
 humani cum vtero gratido nexu, perfecte similimam inoculationem receperit et defenderit!*

cf. EJ. *elementa physiol.* (ed. Lausann. 1778.)

T. VIII. P. I. p. 94. collata p. 257.

*fuerit quantum fieri potest ope reproductionis iterum restituendi; quam vim ne cum aliis vis vitalis generibus confundatur nisus formatiui nomine distinguere liceat †): quo tamen nomine non tam caussam quam effectum quendam perpetuum sibique semper similem, a posteriori ut dicunt ex ipsa phaenomenorum constantia et universitate abstractum insignire volui *).* Eadem fere ratione qua attractionis aut grauitatis nomine ad denotandas quasdam vires vtimur, quorum tamen *causae* etiam cimmeriis vt dicunt tenebris sepultaे latent.

§. 592.

†) Adeant quorum interest differentiam nisus formatiui a *vi plastica* veterum, aut a *vi essentiali* cl. WOLFFII uno quasi conspectu intuendi, scriptum über d. *Bildungstrieb* p. 13-18.

*) Ita NEWTONVS de attractione, in *quaestionibus ad calcem optices* p. 380. — „*banc vocem attractionis ita accipi velim ut in uniuersum solummodo vim aliquam significare intelligatur, qua corpora ad se mutuo tendant, enicunque demum causae attribuenda sit illa vis.*„

§. 592.

Verisimillimum itaque mihi videtur, variis ipsis utriusque sexus humoribus inquinilinis (§ 518. 524. 542. 543.) quos foecundo coitu in uterino cauo confundi constat, statutum primo tempus opus esse, quo intimius inuicem misceantur, subigantur et maturescant. Elapso autem isto praeparationis termino iam in maturatis ipsis et intime coactis liquoribus excitari nisum formatium, cuius virtute informis hactenus spermatica materies partim in ouuli elegantia putamina (§ 571), partim in embryonis ipsis contenti (§ 575) figuram effingatur et viuificetur; eandemque causam esse, quare non obstantibus adminiculis nostris dioptricis, (hodienum ad tantum perfectionis fastigium euectis,) nihilominus primis post conceptionem septimanis praeter informes humores uteri cauo tunc contentos, ne minimum quidem vestigium formati iam embryonis erui possit, qui tamen tertia circ. septimana subitus fere et tum quidem satis insigni statim corpusculi mole appetet.

§. 593.

§. 593.

Remotiora autem vestigia nisus eiusmodi formatiui per vniuersam rerum naturam, et in simplicissimis quoque rerum elementis deprehendimus, vbi de germinibus praeformatis ne cogitare quidem licet. Nam et nubes certas suas induunt formas †), et electricus torrens statutas figuras fingit *). Sunt porro in minerali regno metallicarum crystallisationum exempla, quae si formam solum spectes et vitae prerogatiua demiseris, organicis quibusdam corporibus ad miraculum fere similia sunt; cuius rei testimonio auri-chalci prima vice fusī crystallos hypniformes, aut Peruiani argenti natiui eam pulcherrimam speciem, quam a figura sua filicinum vocant, nominasse sufficiat.

§. 594.

†) cl. MEISTER in *Göttingisch. Magaz.*, ann. I. p. I.
p. 38 sq.

*) cl. LICHTENBERG in *Nov. Commentar. soc. scientiar. Goetting.* Vol. VIII. et *Commentation.* eiusd. societatis Vol. I.

§. 594.

Porro vtrumque regnum organicum exempla praebet corporum, quae spectabili fatis magnitudini luculentam perspicuitatem et propagationem adeo celerem iunctam habent, vt hanc ad oculum quod dicunt obseruare et de non-existentia germinis ullius praeformati euidentissime convinci liceat. Ex horum numero inter vegetabilia conservam *fontinalem* †), inter animantia vero hydram *viridem* ‡) citasse satis est.

§. 595.

Limites institutionum excederem, si prolixiore sermone argumenta ex ipsa natura petita enarrare vellem, quibus nifus formatiui in generationis negotio potentia si quid recte video longe verisimillima redditur *). Aliqua tamen eorum brevissimis

†) v. *Göttingisch. Magaz.* ann. II. P. I. pag. 80. tab. II.
fig. II. III.

‡) *über den Bildungstrieb* p. 9 sq.

*) Plura earum vberius exposui in *Commentation. soc. scientiar. Goettingens.* Vol. VIII.

vissimis tantum tangere liceat, quorum vis
seuero paulo meditatione facile patescet.

§. 596.

Refero huc v. c. ex *hybridorum* historia
memorabile experimentum, quo in hybri-
dis *prolificis*, per plures generationes fae-
pius iterata eorum foecundatione ope vi-
rilis eiusdem speciei feminis, adeo sensim
a primaeua materna forma deflexit noua
ea pronepotum hybridorum facies, vt po-
tius magis magisque in paternam alterius
speciei formam abiret, et sic denique ista
in haec (arbitraria quasi metamorphosi) tota
quanta transmutata plane videretur †).

§. 597.

Ita ex *monstrorum* notitia huc referri
meretur notissimum phaenomenon, quo
monstra (quae nempe euolutionis hypo-
theseos fautores tantum non omnia a pri-
ma inde creatione in ipso iam germine

Gg 2 monstrofa

†) cl. KÖLREUTER dritte Fortsetz. der vorläuf. Nachr.
p. 51 sq.

monstrosa ea fabrica *praeextitisse* afferunt) inter animantium *domesticorum* quasdam species (et omnium maxime quidem inter fues) tam frequentia, inter feram e contrario eorundem primigeniam varietatem adeo rarissima existere constat.

§. 598.

Tum et quod non solum connatae monstrositates sed et aduentitiae *mutilationes*, aliaeue *deformationes*, aut casu aut studio corpori illatae, *hereditariae* subinde fiant, ita vt quod primo artis opus erat, sensim in alteram quasi naturam deflectere dicendum sit †).

§. 599.

Reproductionis quoque phaenomena vti in vniuersum longe aptius ad nisum formatuum quam ad germinum partialium
prae-

†) Plura id genus exempla exhibui l.c.ansam praebente celebri apud HIPPOCRATEM de aëre, aquis et locis relatione de Macrocephalorum ad Pontum Euxinum craniorum forma quondam arte efficta, temporis vero progreffu connata et hereditaria.

praeexistentiam referri poterunt, ita prae-
fertim aliqua eorum, (v. c. vnguium, qui
post primae digitorum phalangis iacturam
in proxima media phalange renati sunt †),] nullam plane aliam solutionem admittere
videntur.

§. 600.

Sed et organicas partes plane praeter naturae ordinem *morbi fortuiti* occasione et *vi naturae medicatricis* nasci videmus, vbi sane de germinum praeexistentia ne suspicari quidem licet; quo v.c. ea reseenda erunt ossicula vulgo sic dicta Wormiana, quae hydrocephalo interno, ad explendas ingentium fonticularum hiatus, superueniunt.

§. 601.

Omnibus denique ab vtraque parte
rite comparatis et aequa lance pensitatis,
facile patet, et ipsos germinum defensores.

Gg 3 femini

†) v. TULPII *obseruat. medic.* L. IV. e. 55.

470 SECTIO XLV. DE NISV FORMATIVO.

semini virili, praeter vim, quam ipsi tribuunt, *excitantem*, magnas insuper quoque vires *formatrices* concedere debere, eamque pro qua militant doctrinam, reuera semper tamen nifus formatiui adminiculis egere; hunc vero e contrario, absque ullo germinum praeexistentium subsidio, explicandis generationis phaenomenis sufficere. Neque adeo opus videri, ut entia quod dicunt citra necessitatem multiplicentur.

SECTIO

SECTIO XLVI.
DE
PARTV EIVSQVE SEQVELIS

§. 602.

Foetus, viribus hactenus indagatis formatus, iamque absoltitus et perfectus, vbi ad maturitatis suae terminum peruenit, *partu* †) in lucem edi debet.

§. 603.

Incidit autem criticus iste *terminus* ex sueto naturae ordine (circa quem solum omnis physiologia versatur), in finem decimi post conceptionem mensis lunaris, i.e. in 39^m circ. aut 40^m hebdomadem.

§. 604.

Tumque, quando istum terminum attigit vtero gerens, absoluta pariendi ne-

Gg 4 cefitate

†) Jo. JAC. RÖMER *partus naturalis brevis expositio*
Goetting. 1786. 8.

cessitate vrgetur, quam minus ac vllam aliam corporis humani functionem vel minimo voluntatis arbitrio obnoxiam esse, alias iam dictum est (§ 294).

§. 605.

Et quidem de *causis* tam determinatae et subitae reuolutionis diuersimode disputationarunt physiologi. Omnibus tamen ponderatis, *excitans* partus causa ad aeternam naturae legem referenda videtur, haec tenus vero non magis explicabilem quam tot alia id genus naturae phaenomena *periodica*, metamorphosis v. c. infectorum, decursus stadiorum in febribus exanthematicis, crises &c. &c. Neque inepte ouum humanum maturum quodammodo et ceteris paribus fructui vegetabili comparantur, qui rite maturatus, constringentibus se vasis eum haec tenus nutrientibus, demum fere sua sponte ab arbore delabitur. Et quidem obseruatum est, placentam humanam appropinquante partus termino constringi paulo et ad proxime instantem eius
ab

eius ab vtero separationem quasi praeparari.

Quae enim de summa vteri expansione aliisque huiusmodi ad partum incitamentis vulgo dicuntur, praeter alia argumenta vel tot exemplis conceptuum extrauterinorum, tubariorum nempe aut ouariorum refutantur, quibus et vacuum vterum, elapsis decem post praeternaturalem eam conceptionem mensibus, solitis etsi irritis doloribus correptum fuisse constat †).

§. 606.

At enim vero praeter excitantem eam
caulam, potentissimis quoque *efficientibus*
opus esse, ex ipsius conceptus et recepta-
culi eius vterini ratione, per se facile
intelligitur.

Earumque proximam et primariam
vnice ad vitam vteri propriam referendam
esse persuasus sum (§ 47).

Gg S Ex

†) Nuperum istiusmodi exemplum retuli in *Commentat. soc. scient. Goettingenf.* Vol. VIII.

Ex *remotioribus* autem principem tenere locum videntur, tum qui respirationis ope exercentur nixus, tum nerui intercostalis cum reliquo systemate neruoso ingens conspiratio †).

§. 607.

Phaenomena vero excitati partus ratione inuasionis et decursus *) statutum quoque seruare solent ordinem, quare et ab obstetricantibus in *stadia* diuisa sunt, quorum nuperi quatuor numerant.

§. 608.

Primum, quo dolores isti, peculiaris plane indolis et progreſſuæ e lumbis versus inferiora vteri directionis, (vniuersum quidem partum per interualla sed varia vehementia et frequentia comitantes,) primo parturientem lenius inuadunt, tumque *praesagientes* vocantur, et vteri orificium insigniter aperiri incipit. Concidit simul

†) v. cl. CAMPERI demonstrat. anat. patholog. L. II.
pag. 9.

*) cf. SMELLIE's Set of anatomical Tables tab. XI - XV.

simul venter, vrget lotium, et effluit e
laxe tumentibus genitalibus muci copia.

§. 609.

Alterum quo increfcentibus doloribus qui iam *praeparantium* nomine veniunt, velamentorum oui inferius segmentum extra vteri orificium in vaginam propellitur.

§. 610.

Tertio stadio cruciatus isti denuo increfcentes, nuncque *dolores ad partum* dicti, iterum vehementiore impetu in vterum agunt eumque deorsum trudunt, hic vero in foetum vrget, ita vt iam velamentorum ista vesiculis pars, inde maxime tensa, crepet.

§. 611.

Quarto denique sub violentissimis dolorum *conquassantium* cruciatibus, summo parturientis nixu †), quem tantum non semper

†) Notum est, innumeros fere auctores cum nixum et foerus propulsi impetum tantum fecisse, vt ipsa

semper horripilatio, stridor, genuum tremor &c. comitantur, capite penetrat mox nascendus infans, et quidem vertice eius plerumque pubis arcui alliso, reliquo autem capite interim ulterius propulso, et circa verticem haerentem, tanquam circa axin reuoluto, facie primus prodit; et sic cruento sub profluvio in lucem editur.

§. 612.

ipsa pelvis ossa exin *sub partu* aliquanto ab iniunctim distendi putarent. cf. farraginem citatorum eo facientium ap. JAN. PETERS. MICHELL *de synchondrotomia pubis* p. 52 sqq. ed. Amst. 1783. 8.

Etsi autem cum argumentis a fabrica partium desuntis, tum obseruationibus de ea re factis persuasus sim, intumescere utique aliquantum *sub ipsa granititate*, maximeque ea versus finem vergente synchondroes pelvis earumque ligamenta, (cuins phanomeni causam partim quidem in diurna humorum congestione, tum vero et in pondere prementis vteri et inde nata iniquiore et fere torpente venarum lymphaticarum eius regionis actione quaerere liceat;) eam tamen vim istis ossibus sub ipso demum partu, tam subito inferri posse valde dubito. Et quae de aliqua pubis ossium obsequiosa mobilitate passim in puerperis obseruata relata legimus, sane potius ad tumidae haetenus synchondroes relaxationem ex cessante subito pondere antea premente oriundam, quam ad violentam quandam dilatationem referre malim.

§. 612.

Expulsum feliciter foetum paruo plerumque interuallo sequitur *secundinarum partus* itidem dolorifico nixu, sed longe mitiore stipatus; noua quoque iterum haemorrhagia ex ea caui vterini parte †), cui deciduae crassae ope adhaeserat placenta *), exceptus.

§. 613.

Vterus vero simulac duplicem istum, hactenus sibi onustum, partum edidit, sensim sensimque contrahitur, donec denique in pristinam formam, quid quod et fere ad pristinam iterum paruitatem redactus fuerit.

§. 614.

†) B. S. ALBINI *annotat. acad.* L. V. tab. I.

GUL. HUNTER *anat. vteri grauidi* tab. X. fig. 3.

*) Eam vterini caui aut praegnantis aut recenter enixa partem post NIC. MASSAM passim appellarunt *cotyledonas*, similitudine desunta a ruminantium bisulcorum vtero grauido, cui eiusmodi acetabula adhaerent, corpuscula sic dicta glandulosa chorii, quae placentae humanae respondent, excipientia.

Quicquid enim acetabuli in modum cauin̄ esset, veteres κοτυλην̄ vocarunt. — cf. JOACH. CAMERARII *comm. utrinusque linguae*, p. 256. 384.

§. 614.

Ab eo vero inde tempore per primam circ. puerperii septimanam *lochia* fluunt, in vniuersum catameniis satis similia, largiore tamen aliquanto quantitate, praefertim nisi lactat mater. Cruentus autem eorum color quarto circ. die in subrubellum, dehinc in albidum abit.

Simul vero vterus a residuis deciduae ramentis purgatur, et ita praegnationis suae munere defunctus ad nouam vsque aut menstruationem aut conceptionem interim feriatur.

SECTIO

SECTIO XLVII.

DE

HOMINIS NATI ET NASCENDI
DIFFERENTIIS *)

§. 615.

Ex iis quae de vitae ratione foetus, materni adhuc vteri carceribus contenti, balneoque calido submersi diximus, per se facile intelligitur magnam intercedere debere diuersitatem oeconomiae eius animalis functiones, si cum iisdem comparaueris quando

*) Cf. ad hanc sectionem praeter numerosos alios,
TREW *de differ. quibusdam inter hominem natum*
et nascend. intercedentibus Norimb. 1736. 4.

RÖDERER *de foetu perfecto* Argent. 1750. 4.

ANDR. et FR. ROESSLEIN (fratres) *de differentiis*
inter foetum et adultum ibid. 1783. 4.

tum et THEOD. HOOGEVEEN *de foetus humani*
morbis LB. 1784. 8. p. 28 sq.

et FR. AUG. WALTER *annotat. academicae alias*
iam citatae, p. 44 sq.

quando nunc in nato infante et qui suae spontis est peraguntur; cuius quidem differentiae principalia momenta sigillatim heic enarrare oportet.

§. 616.

Atque ut a sanguinis in orbem motu *) initium faciamus, longe alia via purpureo huic latici in foetu strata est, qui cum vterina placenta funiculi ope circulatorium alit commercium neque hactenus auram spirauit, quam quae post partum, sublato isto cum matre commercio et hausto semel vitali pabulo, a sanguine legitur.

§. 617.

Et primo quidem vena vmbilicalis ex placenta aduena, annulum sic dictum vmbilicalem

*) cf. HERM. BERNARD de eo quo differt circuitus sanguinis foetus ab illo hominis nati. recul. in OVERKAMPII collect. T. I.

Jos. WENC. CZEKANEK de actuosa hominis nascituri vita s. circulat. foetus ab hominis nati diuersitate. recul. in WASSERBERGII collect. T. IV.

SABATIER sur les organes de la circulation du sang du foetus ad calcem EJ. Tr. complet d' Anat. Vol. III. p. 386 sq. ed. 1781.

bilicalem foetus penetrans, hepar eius petit, sanguinemque suum sinui venae portarum infundit; vnde partim per ipsos huius memorabilis venae ramos in hepar distribuitur, partim vero per *duellum venosum* Arantii †) recta via venae cauae inferiori s. ascendentri traditur.

Vterque canalis, finis scil. iste umbilicalis venae foetus abdomine contentus, et ductus hicce venosus, refecto post partum sanguifero fune clauduntur, et ille quidem in ligamentum hepatis teres mutatur.

§. 618.

Sanguini vero iam ex caua inferiore cor dextrum adeunti, pulmonalis dehinc via in foetu adhuc maximam partem praeclusa est aliaque interim ipsi legenda, qua ope Eustachianae valuulae et foraminis ovalis in sinistram s. posteriorem cordis aurem deriuatur.

§. 619.

†) v. ARANTII *de humano foetu libellus* p. 97.

cf. B. S. ALBINI *explicatio tabular. Eustachii*
p. 164 sq.

§. 619.

Ostio enim cauae huius inferioris ex abdomine ascendentis in foetu praetenditur insignis lunatae formae *valuula* †), quae ab inuentore *) Eustachii nomen fert, et aetate adolescente plerumque sensim deleri solet, in foetu autem abdominali sanguinem aduenam versus ostium mox dicendum, septo auricularum intermedio insculptum, dirigere videtur **).

§. 620.

Est nempe illud *foramen* sic dictum *ouale* ***), quo maxima certe ex caua inferiore adueniens sanguinis copia sub quavis auricularum diastole in sinistram au-

rem

†) HALLER *de valuula Eustachii* Goetting. 1738. 4.

*) EUSTACHIVS *de vena sine pari.* pag. 289 opusculorum,
EJ. tab. VIII. fig. 6. tab. XVI. fig. 3.

**) LOBSTEIN *de valuula Eustachii* Argent. 1771. 4.

***) HALLER *de foramine ouali et Eustachii valuula.*
Goetting. 1748. fol. c. f. æ. — et longe auctius
inter EJ. *opera minora* T.I. p. 33 sqq.

rem deducitur †), regressum eius impediens praetensa foramini falcatae formae valuula, quae subsequente auricularum systole viam eam paecludere videtur. Eiusdemque valuulae ope primis plerumque infantiae annis eodem fere gradu foramen illud occluditur et coalescit, quo respondens ipsi Eustachii valuula paulatim tabescens sensim decrescit et quasi plus minus deletur ‡‡).

§. 621.

Qui vero simul auriculam dextram intrat sanguis, maxime ex vena caua superiore delabens, minimam tantum partem ab inertibus adhuc foetus pulmonibus recipi potest, sed ope *ductus arteriosi**)

Hh 2 ex

†) De singulari cl. WOLFFII sententia qua foramen ouale pro ipsius venae cauae inferioris altero ostio habet, quod itidem in aurem sinistram ac alterum vulgo notum in aurem dextram hiet, cf. *Nov. Commentar. acad. scient. Petropolit.* T. XX. pro a.

1775.

‡‡) cl. LEVELING *de valvula Eustachii et foramine ouali* Anglipol. 1780. 8. c. f. x.

*) B. S. ALEINI *annotat. acad.* L. II. tab. VII. fig. 7.

ex ipso arteriae pulmonalis trunco, cuius quasi ramus princeps est, intactis pulmonibus recta in ipsum aortae arcum deferatur; qui vero ductus primis plerumque post nativitatem septimanis in neonato occoecatur et in densi ligamenti speciem mutatur.

§. 622.

Per aortae vero truncum depulsus sanguis magnam partem iterum matri revehendus *umbilicales* intrat *arterias* (§ 578) ad utrumque vrachi latus annulum umbilicalem egredientes et post nativitatem itidem in coecos funiculos abeuntes †).

§. 623.

Pulmonibus vti in foetu functio vix nulla est, ita et habitus luculenter ab eo abhorrens, quem in infante seruant postquam aëre vesici cepit. Moles quidem pro portione longe minor, color magis fuscus, substantia densior; hincque gravitas

†) v. HALLERI *icones anat.* fasc. IV. tab. III. VI.

vitas specifica maior, ita ut recentes et intemerati aquae copiose immersi fundum petant, cum e contrario si viuus natus fuerit infans, postquam animam hauserunt, ceteris paribus aquae innatent †). Dextro vero pulmoni ea videtur esse praerogatiua ut prima inspiratione prior paullo sinistro ab irruente aëre dilatetur ‡‡). Reliqua quae nouae huius functionis auspicia attinent supra tetigimus, vbi de respiratione ex professo sermo erat.

§. 624.

Ex iis quae alias de nutritione foetus dicta sunt (§ 574. 581) per se facile in-
Hh 3 telligitur

†) Conditiones quibus hoc fiat et cautelae quibus ideo in pulmonum sic dicta *decimasia*, eiusque in foro usu et auctoritate opus est, non sunt huius loci. Legant quorum haec intersunt post tot alios, grauissimum GUL. HUNTERI scriptum posthumum in *medical observat. and Inquiries* Vol. VI. p. 284 sq.

††) v. cl. PORTAL in *Mém. de l'acad. des sc. de Paris* a. 1769. p. 555 sq.

cl. METZGER de *pulmone dextro ante sinistrum respirante* Regiom. 1783. 4.

telligitur alimentarem eius tubum et systema chylopoieticum, hactenus iners, aliter in eo se habere ac in homine nato. Ita v. c. in tenello paucorum mensium embryone *crossa intestina* habitu suo tenuibus simillima sunt; posteriore vero grauidatis dimidio meconio turgentes iam nomen, quo ab his vulgo distingui solent, vere merentur.

§. 625.

Ipsum vero *meconium* faburra est, coloris ex fusco viridis, procul dubio ab ipsis foetus humoribus inquilinis et maxime a bile eius oriunda, quod tum tempus quo primum obseruatur illud excrementum, primae in foetu bilis secretioni respondens, tum singularis obseruatio docere videtur, qua monstris hepate carentibus, meconii loco parcum saltem mucum decolorem intestini inhaesisse, constitit.

§. 626.

§. 626.

Coecum quoque in neonato adhuc longe
a futura forma abhorrens et vermiformi
appendici ex directo continuum †) &c.

§. 627.

Alias id genus differentias passim iam
tetigimus, et sicco heic transimus pede;
vrachum v. c. (§ 579.)
et *membranam pupillarem* (§ 259.)
et in masculo foetu *descensum testium*
(§ 501 sq.)

Nonnullae sequenti sectione aptius di-
centur; reliquas ut minoris momenti stu-
dio omittimus.

§. 628.

Tribus vere adhuc verbis partium
quarundam aenigmaticarum mentionem in-
iiciendi opportunus hic videtur locus, quod
foetui proportione maiora sient, ipsiusque
praesertim oeconomiae famulari videantur,
etsi genuinus earum usus (non obstantibus

Hh 4 tot

†) B. S. ALBINI *annotat. acad. L. VI. tab. II. fig. 7.*

tot tantisque anatomicorum in easdem disquisitionibus,) hactenus lateat incognitus. Et vulgo quidem glandularum nomine insigniuntur, quanquam parenchyma ipsis sit a glanduloso diuersum, neque adhuc ullum ductus excretorii vestigium in ipsis detegi potuerit. glandulam dicimus thyreoideam; thymum; et renes succenturiatos.

§. 629.

Atque *thyreoidea glandula* cartilagini eius nominis ad laryngem praefixa est, biloba et quasi lunata †), in foetu lymphatico humore turgens, proiectioribus annis magis magisque euadit exfusca.

§. 630.

Thymus albida et tenerima caro est, itidem biloba, subinde in binas partes divisa, nonnunquam insigni cuitate donata *), sub

†) HALLERI icon. anat. fasc. III, tab. 3.

*) AUG. LUD. DE HUGO de glandulis in genere et specie cinctim de thymo Goetting. 1746. 4. fig. 2.

sub medii sterni superiore parte locata,
passim vtrinque ad ipsum iugulum ascen-
dens †), in foetu pro portione vaegrandis,
et lacteo latice scatens, adolescentibus
annis sensim tabescens, senio ingruente
non raro fere tota euanevit *).

§. 631.

Renes denique *succenturiati* (f. glandulae
suprarenales, it. capsulae atrabilariae di-
ctae) sub diaphragmate renum supremo
margini incumbunt **), in adultis ut mi-
nores ita et plerumque a renibus paulo
distantes, et fusco grauidae liquore, qui
in foetu magis rubellus est.

†) v. HALLER *icon. anat.* I. c.

**) HEWSON's *experimental Inquiries* P. III. passim.

**) v. invenitoris EUSTACHII tab. I. II. III. it. tab. XII.
fig. 1. 10. 12.

HALLERI *icon. anat.* fasc. III. tab. VI.

SECTIO XLVIII.
DE
INCREMENTO, STATV
ET
DECREMENTO HOMINIS.

§. 632.

Nil amplius restat, quam ut hominem, cuius oeconomiam animalem secundum classes functionum sigillatim hucusque indagauimus, iam adhuc in vniuersum vitalis sui decursus stadium absoluente in tueamur, et ab ortu inde per principales vitae epochas ad ultimum usque eius terminum succincte comitemur.

§. 633.

Et prima quidem foetus *formationis initia* in tertiam circ. post conceptionem hebdomadem incidere videntur (§ 575.): cui

cui, vitam tunc tantum longe minimam (§ 57) et fere vegetabilem viuenti, quarta praeter propter septimana primus accedit genuinus *sanguis* (§ 13.): et *corculi motus* (§ 89.) passim rara opportunitate in tenuerrimo humano embryone oculis usurpatus †), quique in pullo incubato pridem Aristoteli visus *) ab eius inde temporibus *puncti salientis* nomine vel vulgo inclaruit.

§. 634.

A septima vero iam inde vel octaua hebdomade ni fallor *osteogenia humana* **) aufspica..

†) v. Jo. DE MURALTO in *Ephem. N. C.* Dec. II. ann. I.
p. 305.

*) ARISTOTELIS *hist. animal.* L. VI. cap. 3. Oper. Vol.
II. p. 326.

**) *Humana* inquam *osteogenia*: — in pullo enim incubato eadem longe serius, sub initium nempe noni demum diei auspicatur, qui quidem terminus *septimae supra decimam humanae grauiditatis hebdomandi* respondet. Natura enim, si quid hariolari licet, in humano foetu aliisque viuo partu editis, ideo celerius procedere videtur in forman-

auspicatur: et quidem omnium primo succus osseus nucleos suos formare incipit in claviculis, costis, vertebris, ossibus cylindricis maioribus extremitatum, maxilla inferiore aliisque nonnullis faciei ossibus &c., tum et tenerrima reticula in calvariae quibusdam ossibus planis, frontali nempe et occipitali; serius in ossibus verticis &c.

In

dis ossibus (quae vniuersi corpusculi rudimenta quasi et fulcra sunt,) ut fortuitis eius deformationibus praecaueat, quibus anium pulli, testaceo suo tegmine muniti longe minus expositi sunt.

Cauendum itaque ne obseruationes de pullo incubato institutae minus circumspecte ad humani embryonis formationem transferantur, qui quidem lapsus ipso summo HALLERO contigit, ea *quae de pullorum ossibus demonstravit et etiam de aliis animalium classibus vera esse, et de ipso demum homine, nude afferenti.*

Cuiusmodi praeiudicium adeo potea innalere cepit, ut non defuerint medici, qui ad forenses de partu praematro lites componendas responsa ferentes ex eiusmodi temeraria incubationis terminorum cum iis humanae grauiditatis comparatione argumenta peterent. cf. v. c. HUG. MARRETTI *consultation au sujet d'un enfant &c.*

Divion. 1768. 4.

In genere autem incrementum embryonis, imo vero in vniuersum hominis tam nati quam nascendi eo celerius quo propior origini suae et v. v.

§. 635.

Medio circ. grauiditatis foetus eò quem supra declarauimus sensu (§ 585.) vere *vitalis* dici potest: tumque et secretiones quorundam humorum inchoantur; vt *adipis* (§ 38.), et *bilis*.

§. 636.

Porro maturiori foetui tenellum *capillamentum* sensim propullulat et *unguiculi* nascuntur, et *membrana pupillaris* fatiscit (§ 259.); masculoque *testes* descendunt (§ 505 sq.).

§. 637.

Postquam vero decimo lunari mense ad finem vergente *partus* in lucem editus est (§ 603.) praeter supra fusius memoratas grauissimas vniuersae fere eius oeconomiae animalis reuolutiones, in ipso quoque

quoque *externo corporis habitu* variae ipsi contingunt mutationes, vt v. c. pubes, qua facies neonati obsita est, sensim euaneat, rugae oblitterentur, anus iam inter nates quae nunc sensim formantur, abscondatur & f. p.

§. 638.

Sensim sensimque infans *animae* quoque *facultatibus* vti discit, †) percipiendi nempe et attendendi, et reminiscendi, et appetendi &c. &c. vnde et proximis post nativitatem mensibus infomnia & f. p.

§. 639.

Externorum etiam *sensuum* organa magis magisque efformantur et ulterius perficiuntur, vt auris externa, et nares internae, oculorum item tegmina, arcus scil. supraorbitales, et supercilia &c.

§. 640.

†) cf. cl. TIEDEMANN über die Entwicklung der Seelen-Fähigkeiten bey Kindern, in *Hessisch. Beytr.* Vol. II. P. II. III.

§. 640.

Caluariae porro offa firmius coalescunt,
fonticuli sensim obturantur, et ab octauo
circ. inde mense *dentitio* incipit.

§. 641.

Tuncque et *ablactationi* matus est
infans, vtpote cui dentes ad solidiorem
subigendum cibum, non vero ad laeden-
dam matris mamillam dati sunt.

§. 642.

Anno primo ad finem vergente pedi-
bus quoque insistere discit et *situ erecto*
potiri, summa humani corporis in vni-
versum spectati, praerogatiua.

§. 643.

A materno vbere ita remotus et pe-
dum vfu potitus infans indies magis ado-
lescit et suae spontis fit, maxime acce-
dente sensim altero humani generis sum-
mo priuilegio, *loquela* puta vfu: quando
nunc anima familiares sibi ideas linguae
ad pronunciandum committere incipit (§
154.).

§. 644.

§. 644.

A septimo inde aetatis anno labentibus sensim viginti ictis dentibus lacteis, *dentitione secunda* annorum progressu sequuntur 32 dentes perennes.

§. 645.

Et infantili quoque ea aetate *memoria* reliquas animi facultates praecellit, et recipiendis tenaciter rerum signis longe aptissima est: cum postea a quinto circ. inde post decimum anno *phantasiae* potius igniculi praeualere soleant.

§. 646.

Atque hic imaginationis viuidior sensus aptissime in *pubertatis* annos incidit, quibus homo variis et memorabilibus corporis mutationibus ad futuras functiones sexuales paulatim praeparatur †).

§. 647.

Postquam enim adolescenti puellae mammae fororiare ceperunt; iuueni autem

†) TH. MILLER *de pubertate*. Edinb. 1781. 8.

tem mentum pubescit et quae sunt similia in utroque sexu appropinquantis pubertatis phaenomena; ista *menstruum tributum* soluere (§ 545): hic vero genuinum *semen* fecernere (§ 518) incipit, cui secretioni vberior *barvae* † prouentus et memorabilis *vocis* in grauiorem mutatio iuncta est.

Simul autem spontaneis quasi naturae vocibus internis iam *sexualis instinctus* (§ 288) primo excitari et homo nunc in flore aetatis

†) Fabulosam famam hodieque adhuc passim recantatam de Americae gentibus natura imberibus, nube testium confutauit in *Götting Magaz.* ann. II. P. VI. p. 418 sq.

Ex vniuersa enim America exempla excitanunt nationum quae adhuc barbam, saltem quodad partem alunt; tum aliarum, de quibus certo certius constat, eradicare sibi ipsis eandem peculiariis instrumentis &c.

Temporis vero progressu per plurimas generationes continuatam eiusmodi barbae euulsionem in alteram quasi naturam abire, et tenuem certe barbam hereditariam fieri posse (§ 598.) ex iis quae supra de nisu formatio dicta sunt, certe non absolum videtur.

aetatis constitutus ad veneris usum aptus fieri solet.

§. 648.

Definitus quidem pubertati *terminus* absolute statui nequit: varius quippe pro climatis et temperamentorum *) diuersitate; in vniuersum tamen sequiori sexui aliquanto praecocior quam virili; ita ut nostro sub coelo puellae iam decimo quinto circ. anno, iuuenes e contrario praeter propter vigesimo puberes fieri dicendi sint.

§. 649.

Paulo post et *statura* humanae incrementi finis a natura positus est, itidem, ut a singularium hominum aut familiarum varietate discedam, pro climatis differentia multimode diuersae †).

§. 650.

*) Nam et ex Heluetia infantilis puerperae nouennis historiam a desideratissimo GOTTL. EM. AB HALLER mecum communicatam inserui *Bibl. medicae* Vol. I. p. 558 sq.

†) Homini enim nullum priuilegium a natura concessum, quin climatis potentiam aequa ac alia corpora

§. 650.

Et tunc quoque ossium *epiphyses* hactenus a diaphysi eorum distinctae, intime iam cum ipsa coalescunt et quasi confunduntur.

§. 651.

Virili aetati, quae maiorem et praestantiorum vitae humanae periodum constituit, quod ad corporeas functiones vita quam maximam vocant (§ 57.), summus scilicet earum *vigor* et *constantia*, quod ad animae vero facultates summa maturioris *iudicij* praerogativa competit.

§. 652.

Venturi *senii* nunciae sunt in feminis effatio catameniorum (§ 547) in viris ad
Ii 2 venerem

corpora organica experiatur, quae ceteris paribus frigido sub coelo longe minus adolescere quam calidioribus terrae zonis, vulgo constat.

Giganteos vero Patagones, aequo ac creduli COMMERSONII nanorum gentem Madagascarensem, chimaericis figmentis accensendos esse, hodiendum vix amplius monitu opus est.

venerem segnities, in vtrisque autem ingruens iam *siccitas* sic dicta senilis †), et vis vitalis iam paulatim sensibile *decrementum*.

§. 653.

Gelida denique *senecta* comites habet ingrauescentem sensuum tum externorum tum internorum hebetudinem, longioris somni necessitatem, et functionum oeconomiae animalis ad vnam omnium torporem. Canescunt pili et partim labuntur. Cadunt etiam sensim dentes. Neque cervix capiti, neque crura corpori sustinendo ulterius sufficienter inseruiunt. Imo vero tabescunt quasi ipsa ossa, vniuersae machinae fulcra ‡‡), & s. p.

§. 654.

†) JOACH. H. GERNET *de siccitatis senilis effectibus* Lips.
1753. 4.

‡) Non repeto quae de memorabili eo decremente,
quod ossibus serum contingere solet, pluribus
dicta sunt in opere osteologico p. 36 sq.

§. 654.

Et sic tandem ad ultimam lineam physiologiae delati sumus, *mortem sine morbo* *)
s. *εὐθανασίαν* senilem, quae omnis medicinae meta et finis primus et extremus
est, cuiusque *causae* ex hactenus dictis per se facile intelliguntur **).

§. 655.

Phaenomena eius in ipso moribundo homine obseruanda †) ad frigus extremorum, oculorum nitoris iacturam, pulsum parvulum lentum, et saepius saepiusque in-

Ii 3 termit-

*) G. GOTTL. RICHTER *de morte sine morbo*. Goetting. 1736. 4.

**) Jo. OOSTERDYK SCHACHT *or. qua senile fatum inevitabili necessitate ex hum. corp. mechanismo sequi demonstratur*. Ultraj. 1729. 4.

MATTH. van GEUNS *de morte corporea et causis moriendi*. LB. 1761. 4. recus. in Sandiforti thesaur. Vol. III.

†) Successuum mortis phaenomenorum progressionem ab ipso moriente (viro quidem mediae aetatis et dysenteria extinto,) attente obseruata v. in cl. MORITZ *Magaz. zur Erfahrungs- Seelen-Kunde* Vol. I. P. I. p. 63 sq.

termittentem, respirationem denique raram redeunt, quae denique validiore ultima exspiratione finitur.

In aliorum vero mammalium viua sectione simul et' cordis agonem obseruare licet, quo ventrem et aurim dextram sinistris aliquamdiu superuiuere et ultimas mori constat (§ 111).

§. 656.

Exanime vero corpus declarant frigori iuncta rigiditas, odor cadaverosus, maxime vero cornea oculi flaccida et anus hians. Haec si adfuerint in funere *signa collectiva*, vix Plinii querelae locus datur, vt de homine ne morti quidem debeat credi *).

§. 657.

Terminum vitae naturalem (qui nempe pro frequentiore et quasi regulari prouerctioris

* cf. Jo. JAC. BRUHIER *sur l'incertitude des signes de la mort* Par. 1749. II Vol. 8.

it. van SWIETEN *or. (posthuma) de morte dubia*. Vienn. 1778, 8.

ctioris senii meta haberi possit,) definire vix quidem licet **). Memorabile tamen quod plurimarum tabularum emortualium curata comparatione didici, satis multos pro portione senes Europaeos annum aetatis *octogesimum quartum* attingere, paucos contra eum viuendo superare.

§. 658.

In vniuersum autem etsi praeter tot alia tenellae primo aetatis imbecillitati, tum vero adultorum plurimorum intemperantiae, morborum porro vehementiae et fortuitis casibus fatalibus debeatur, quod ex millenis circ. hominibus natis non nisi circ. septuaginta octo morte hac de qua loquimur sine morbo diem suum obire dicendi sint, ratione tamen habita *humanae longaeuitatis* †) comparando eam ceteris

Ii 4 paribus

**) cf. praeter alias notissimos de eo argumento fontes
Jo. GESSNER v. cl. *de termino vitae* Tigur. 1748.
4. recus. in *Excerpto italicae et helvet. litterat.* ann.
1759. T. IV.

†) BACON. DE VERULAMIO *hist. vitae et mortis Operum*
Vol. II. p. 121 sq. 128 sq. ed. Lond. 1740. fol.

paribus cum reliquorum mammalium quot-
quot nobis innotuerunt vitae terminis,
facile patebit post quiritationem sophista-
rum de miseria vitaे humanae vix aliam
esse magis iniustam ea quam de breuitate
eius occinere solent.

I C O N V M

EXPLICATIO.

Tab. I.

Cor infantis a postica facie exhibitum;
basi paulo elatiore, et aspera arteria demta
vt reliqua eo distinctius pateant.

v. pag. 66 sq. it. p. 55. 63.

- a. vena caua superior.
- b. vena caua inferior.
- c. sinus anterior f. dexter.
- d. appensa huic sinui auricula.
- e. eiusdem lateris ventriculus.
- f. arteriae pulmonalis truncus.
- g. eiusdem rami sinistri, et

I i 5

h. dex.

- h.* dextri.
- i.* quaternae venae pulmonales.
- k.* sinus posterior s. sinister.
- l.* annexa huic auricula.
- m.* eiusdem lateris ventriculus.
- n.* arcus aortae.
- o.* truncus communis, abiens in
- p.* subclauiam dextram, et
- q.* eiusdem lateris carotidem.
- r.* sinistra carotis.
- s.* eiusdemque lateris subclavia.
- t.* arteria bronchialis communis (talis enim erat in eo funere) et intercostales ex aorta oriundae.
- u.* vena azygos.
- w.* vena coronaria sinistra, et
- x.* dextra.

Tab.

Tab. II.

Fig. I.

Oculus adulti hominis dexter, magnitudine paulo auctiore, superiore cornae et scleroticae dimidio demto; refecto rigidis limbo ab orbiculo ciliari, paululumque sublato ut vtraque oculi camera pateat.

v. p. 234 sq.

- a. sclerotica.
- b. cornea.
- c. chorioidea.
- d. orbiculus ciliaris.
- e. iris.
- f. corpus ciliare.
- g. capsula lentis.
- h. nervus opticus cum arteria centrali.

Fig.

Fig. 2.

Anterior segmentum oculi foetus octimistris itidem lente auctum.

v. p. 208 sq.

- a.* sclerotica.
- b.* processus ciliares.
- c.* uvea.
- d.* membrana pupillaris, vti nunc iam centro fatiscere incipit.

Tab.

Tab. III.

Ad testum in foetu masculo ex abdome descensum.

v. pag. 389 sq.

Fig. I.

Ex foetu gemello fere maturo sed inique adulto; sinister testis iam ex abdominali cauo delapsus; dexter eo fere momento deprehensus quo angiportum penetrare ceperat.

- a. testis dexter cum epididymide *ascendenti* peritonaei processu cylindrico iam complicato inhaerens.
- b. vestigia vasorum spermaticorum eiusdem lateris; et
- c. ductus deferentis.
- d. processus peritonaei *descendens*, bullosi facculi speciem praeseferens.
- e. peri-

- e. peritonaei ostiolum per angiportum in
facculum illum ducens, cui sinistri
testis nunc iam inhaeret.
- f. vestigia vasorum spermaticorum eius-
dem lateris; et
- g. ductus deferentis.
- h. vesica vrinaria; fundo suo in vra-
chum abiens, vtrinque arteriis iuncta
vmbilicalibus.

Fig. 2.

Ex foetu quadrimestri; vt testes adhuc
abdominali cauo contenti, et processus
peritonaei *ascendens* tunc temporis magnam
partem non nisi plicam exhibens longitu-
dinalem, et ostiolum peritonaei ad infe-
riorem et anticam huius plicae partem si-
tum, patescat.

Tab.

Tab. IV.

Ouulum abortiuum primi vt videtur
a conceptione mensis ; dissectum, sed pau-
lisper auctius exhibitum.

v. pag. 440 sq.

Fig. 1.

- a. decidua reflexa.
- b. chorii muscosi flocculi, quibus ouulum
in decidua crassa radicatur.
- c. interior chorii pagina aquula crystal-
lina tunc temporis plena.
- d. Amnion apertum.

Fig. 2.


Exterior eiusdem ouuli facies.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 70. l. 5. cauae *adde* inferioris f. — p. 90. l. 6. nos *l.* nobis. — p. 92. l. 18. quar *l.* quas — p. 98. l. vlt. solemnium *l.* solemnes — p. 104. l. 3. regionum *l.* regionem — p. 111. l. 13. post qui, ponatur (— p. 120. l. vlt. cordae *l.* chordae — p. 142. l. 7. caloris *l.* coloris — p. 144. l. 1. constituere *adde* liceat, — p. 177. l. 15. defunguntur, *l.* defungantur, — p. 216. l. 2. incis *adde* et distantiae — *ib.* vt *adde* ad propiora obiecta aut — l. 5. post arctet. *l.* ad remotiora vero aut debiliori luce affecta — p. 226. l. 17. constat. *l.* folet. — p. 246. l. 1. superuenient *l.* superuenit — p. 362. l. 5. poro *l.* porro — p. 365. l. 11. post smegma *adde* (quo et aurium cerumen retuleris. — p. 384. l. 1. post nato *adde* plus minus — p. 440. not. l. 4. filamentosum *l.* filamentofum.




I




Mark sc.

II





I

2



Mariſſe





III



I



2

M. 101

IV.

1



2



M. J. Schreber



